scas idoneum exquiras doctorem. Vnde Varro in suis
sentenciis: Illū qdem eruditorē elige: q̄m magis mire
ris in suis q̄m ī alienis: Nil enim magnificū docebit: q
a se nil didicerit: Sed absit a te vt doctorem ineptū eli
gas: qnimo ī limitibus tui ingenii consistas: tucq capa
citati magistrū idoneū exquiras & hoc maxie cum iu
uenis es tenerioriscq etatis. Tunc enim quicquid con
ceperis facilius radicabitur: vt tangit Quintilianus li
primo. Vnde Varro in suis sentenciis: sapiunt vasa qc
quid prius acceperunt: sic inquit: est de infantibus. Et
Aug. primo confess. de seipso lamentabiliter fateē iu
uentutem ludis & non studiis semper exposuisse. ī sco
lis inquit: sum datus vt litteras discerem: ī quibus qd
vtilitatis esset ignorabam miser. sed ludere delectabā
Cū ergo vir tante doctrine extitit: vt narrare nequea
mus: si de modico iuuentutis ludo lamentatur. Hi po
tissime erubescant: qui totam iuuētutē lasciuie prebu
erunt: nec tamē congruit artibus quibuscunq animū
exhibere. aut quorumlibet scrutiniorum noticiā adipi
sci. Nam qui metas sue capacitatis transcendit: cū pu
tat ad scienciarum culmen peruenisse: errorū tenebris
nubilatur. Ideo Cathō. Mitte archana dei: cœlum per
quirere quid sit? Cū sis mortalis que sūt mortalia cu
ra. Vnde Oracius li. carminum: Nec scire phas est oia
desistant deo superstitiosi scrutatores magice artis
fallacias euitare: in quibus non nisi dyabolica fraus cō
tinetur. Nempe mirabile esset si princeps tenebrarum
& errorum: demones scilicet sciencie collatores essent
mirabile: si maleficia si ī debita sacrificia: si caracteres
vaneq cerimonie sapienciam prebere inueniantur. Ta
libus enim viis a deo fonte sapiencie recedit. Et sicut

de modo docendi

a sole elongatus eo minus videt quo magis distat. Sic etiam quicquid homĩes dicant. quicquid liber sortilegiorum scribant. His non obstantibus quis eo fit stultior: quo a diuino cultu & fidei obediencia fit distancior. Vnde Therẽcius: vt quid aliena cures que ad te non ptinent: aliena enim sunt ea potissime scrutinia q̃ diabolus inuentor est. Vnde varro in suis sentẽciis nusq̃m deueniet qui tot sequitur calles. Pretermittas ergo vana scrutinia artibusq; veris intendas. Sollicite ẽgo doctorem audias: frequenter legito. nempe continuacio: discipulum magistrũ facit. Vnde Plinius ĩ eꝗ ad Vrsum. Sicut faces assidua concussione: ignem custodiunt: dimissum q; egerrime ceperant. Sic & docẽtis calor: & audientis intencio continuacione seruatur & remissione languescit.

Ca. xi. De modo docendi

In omnibus exigitur modus: in hoc tamẽ precipue qd ẽ docere. Quia teste Aresto tele primo methaphi. Signum scientis est posse docere. Siquis ergo se scire dicat: & docere neqat: dubius est sermo eius. Vt autẽ quis bene doceat expedit vt modum audienti vtilẽ exquirat eiusq; capacitatem etatem & sensũ concernat nec incipiat instruere artes sed prius artes imbuat. Plures enim alcarum scienciarum documenta q audierũt qa tũ ãtes ignorant: ideo vix ad plenum aliquid intelligunt Assit ergo docenti scilicet instruẽdi forma. Vnde Paladius li. primo de agricultura. Prima inquit ꝑs prudencie est: vt consideres personam eius cui preceptũrus es. Neq; enim informator aut instructor agricole debet artibus & eloquencia artes imitari. Nam stultum est rusticos pitissimorum virorũ alloq stilo. Vnde Varro in suis sentenciis lucidissimum inquit genꝰ docendi est exemplorum subiectio. His ergo concludi tur docendi oportere habere modum vt scilicet audiẽtis: consideretur qualitas exemplorumq; conformitas

non pretermittatur. Rursus doctori congruit eloquẽ
tem esse: verborum enĩ honesta abundancia intẽcionẽ
declarat loquẽtis. Quia teste Se. ad Lu. ep̃. xl. Inopia
verborum & exilitas minus intentum auditorem fa-
cit. Fortassis tamen qñq; contingit vt verborũ inopiã
ignorãcia causat. Nam teste Quidio. v. tristiũ Quod
minime nouit nemo dicere potest. Nequis ergo doce
re presũmat qđ nescit: attendat q̃m turpe ꝓpriã igno
ranciam suo sermone attestari: pulcrũ tamẽ est & lau
dabile nimis id erudire qđ scitur. Quia teste Lactan
cio de vero cultu. Nil tam preclarum homĩ conueni
ens esse potest q̃ homines ad iusticiam erudire. Nam
legere discentibꝰ prodest sed viua vox magis: & opus
maxime: de voce etenim Simachus ait. Apercius est
negociis intimandis viue vocis iudicium. Et Quidiꝰ
li. primo de fastis: prospera lux oritur lignis animisq;
fauere. Nunc dicenda bono sũt bona verba die: veꝝtñ
mĩme sufficit: vt verbo quis doceat: nisi opere instru-
at. Hec enim optima sapiencie via est: opera sanis con
formare doctrinis. Vnde prosper li. epig̃. nõ est satis
domini precepta euoluere ligua: is meminit legis: qui
memor est operis. O quot sunt doctores quorum ope
ra doctrinis contradicũt: ideo sepe condemnit̃ qđ do-
cent. Sed vtinam multi tã bene facerent q̃m bene lo-
quntur: Vt Optat Lactancius li: de vera religione &
sapiencia: & in prouer sapientum dicitur: q̃ doctõ tur
pis est qui in officio labitur cuiꝰ vult esse magister: &
Seneca ad Lucillum. xxiiii. epi. hoc turpissimum est
qđ nobis obici solet: verba nos philosophie non opera
tractare. Vnde Catho. Que culpare soles: ea tu ne fe-
ceris ipse. Turpe est doctori cum culpa redarguit ip-
sum. Plurimi tamen doctrinis sanis intendundunt: q
v itam brutalem ducunt. Vt tangit philosophꝰ primo
ethicorum: quos odio habuisse qdam dictus: Patuniꝰ
fertur: vt poĩt Agellius & Elimandus ĩ cronicis suis

De modo docendi

de quibus Lactancius li. de falsa sapiencia. Quidam inquit sub obtentu sapiencie: vicia sua celantes: domificiunt ea que inscolis arguūt. Sicq; docent tantum nec faciunt: ipsi preceptis suis pondus detrahunt. Et ibidem. Turpe est ad pfiam tendere: & sapiencie opera non agere. Talis enim vita nō vera sed palliata ē Quomodo enim putas veteres suis profuisse doctrinis: nisi quia verbis & operibus docuerunt. Legimus enī pbm Xenatorē suis doctrinis multos correxisse. Vnde narrat Valerius li. vi. q̄ cum Polenius quidam iuuenis luxuria & voluptate infamis esset: necnon de tali infami a gaudiosus: accidit tñ vt quodam mane predicti philosophi scolas ingrederetur: quem cū xenocrates vidisset: pretēmisso sue lectionis pposito: de domestia atq; temperancia & continencia loq; incepit: & predicti Polenii aīm a dissolucione vite euocauit: quod facere nequisset: nisi opera doctrine confirmia exibuisset. Nam teste Se. ad Lu. epī. xxiiii. Turpe est est aliquid loqui & aliud sentire: His sermonibus distant viri prudentes docendi formā: suosq; discipulos fieri studiosos sua deant: non solum libros euoluendo sed eciam mores cōponendo. Verum q̄ vir speculacioni deditus & qui libros amat a criminum feditate facillime abstinet: eāq; multo maiorem instudio complacenciā inuenit. q̄m voluptas exhibere possit: inconsulta. Veruntamen quorūdam doctrina est & inmodesta quorundā studia. Omnia enī opera quantūcunq; bona fuerint mensuram petunt: nec decet laboribus aut studio vires suas destituere. Quod faciunt qui sine requie docent legūt vel student. Nam teste Ouidio de arte amandi habenda est requies: dat inquit requiem quietus ager bene credita reddit. Et Catho: Interpone tuis interdum gaudia curis. Vnde Tibullius: Ite procul cure: durum genus: ite labores. Et Maximianus intermissa min9 scircina pondus habet. Et magister Zeylo. Me grauat il-

philozophia sic destruitur

le labor incui9 pōdere labor. Et Qui. ī ep̄. Quod caēt alterna requie: durabile non est: hec repat vires: fessusq; membrabilit nouat: Itaq; labor moderatus studiūq; non fastitidū vires ampliant. Vnde Cassiodorus epi. xxii. latet sub ocio laudabilis fortitudo: qa scilicet gaudium interpositum cure fortificat animum.

Ca. xii. de ph̄ia & eius descripcione & vsu

VEra philosophia sapiencie amor ē: ſ illa nō est sapiencia que stulta suadet fieri: cuiusmodi est sapiēcia animalis & dyabolica c9 doctrina seductio est: c9 amor nō ph̄ia: sed mōtis via est. Queso igitur vt conspiciamus gentiles vera ph̄ia floruisse. Erubescant igitur cristiani qui sapienciam pretermittūt: & si philosophie studio intendant: quo solū querūt apparatus vēbales: & instructiones non exquirunt morales. Nam Socrates & Seneca sic studio sapiencie vacarunt: q̄ difficultatibus naturalibus: bonos mores premiserunt. Vnde Socrates ad cōrigēdos mores vniuersam philosophiā applicauit vt testatur Aug. viii. de ci. dei ca. iii. Et Hieronimus contra Iouinianū in suis epistolis ep̄. lx. Quid inqt dauid? de manu hostis extorsit gladiū: & Golie caput ꝓprio mucrone trūcauit vt dicitur. i. Re. xvii. Hoc siqdem ph̄i propriis dictis egerunt tanq̄ dicat: q̄ ph̄i suis documētis malos mores suppresserūt: sic dad Goliā gigantem suppressit. dicamus igitur ph̄orꝫ sanam esse doctrinam dūmodo quedam superflua abradantur. vñ Ieronimus vbi supra. Quid inquit mirum si sapienciā secularem propter venustatem eloq ancillam israheliticam facere cupio. Nā quicquid in ea mortuum est idolatria vl̄ voluptate prescindo vel rado. Et tūc ex ea vēmiculos genero domino deo sabaoth Ibiq; multa enumerat exempla de sacris doctoribus qui vsi sunt philosophia ad vtilitatem ecclesie. Ipsi ergo sileant: q verā philosophiam reprobant dicentes philosophorū dicta

philozophia pro deputatur

inutilia fore. Si enim mihi non credant: saltem sancto Ieronimo credant. Nullum enim inconueniens apparz cuiuscunq; gentis dicta colligere: & suo proposito racionaliter applicare. Vnde Seneca ad Lucillum epi. xix. Non mireris ex eadem materia: suis studiis quenq; apta intelligere. In eodem enim prato bos herbā terit: canis leporem: cicania lacertam: tanq̄m dicat: nullius doctrinam spernendam esse: quia sapiens inquolibet querit qđ bonum est: & ita proficit: & reꝓbat qđ malū ē: & illud ita tollit: qđ alios inficit. Quanq̄m igitur sacra eloquia quibuscunq; philosiphorū dictis stabiliora: & merito laudabiliora sint: nullatenꝰ tñ deprimenda. Vnde Isay. xxiii. Erubesce sidon ait mare. Super quo verbo. Grego. primo mora. post principium in sidone inquit figuratur stabilitas positorum in lege: in mari autem vita gentilium: Erubesce ergo sidō ait mare: quia ex vita gentilium redarguit̄ vita sub lege positorum: atq; ex actione secularium redarguit̄ vita religiosorum: & eorum actio confunditur. dū illi eciam promittendo non seruant qđ in preceptis audiunt: & isti eciam viuendo ea custodiunt: in quibus nequaquam mandatis legalibus astringuntur: iuxta illd ad Ro. ii. Gentes enim que leges non habent que legis sūt faciunt. Que omnia ideo allegata sūt: eo ꝙ dicta philosophorum gentilium non sūt condēnenda: qa prodesse sepius inueniunt̄: & si mala intencione & laudis causa flagella tulerint: eorum exemplo redarguuntur. Si pro eterna felicitate ea ferre contēdimus: que pro terrena voluptate protulerunt Ipsis ergo malis instruimur: nō ꝙ imitacionē mereātur: sed quia pocius ea propter deum facienda sūt que ipsi propter inanē vanitatem pegerūt. Vnde August. in de. ci. dei li. v. ca. xviii. postq̄m romanorum acta magnifica nārat cōcludit ꝙ si romani pro ciuitatis terrene gloria tantum fecerunt. nos pocius pro eterna. Vnde Cris. sup Mat.

De dignitate et utilitate philosophie

Omelia. xvii. ante finem. Excogitate grecorum inquit philosophorum acta: & tunc scietis quãto supplitio sumus digni: eo ꝙ leges diuinas transgredimur: qbus omnibus attentis patet quomodo philosophica doctrina vtilis est: ipsamq; reuelatam gentilibus phis referunt plures: vt tangit Aug. viii. de ci. dei ca. xlviii Nempe gentiles infideles gentilium testimoniis alliciuntur: quibus quanq̃m sacra scriptura non egeat: illi tamen egent: qui cum sint gentiles: absq; testimonio gentilium conuerti recusant. Vnde Iulianus apostota volens subuertere ecclesiam dei interdixit filiis Galli leorum: poetarum atq; philosophorum legere disciplinas. Nouerat enĩ in ipsis multa cõtineri legis sacre testimonia. Concludamus itaq; gentilium dicta: vere sapiencie prodesse.

Capitulum. xiii. De dignitate & vtilitate philosophie.

VT sepe dictum est philosophia vere sapiencie amor est: cui philosophi vere inheserũt eo ꝙ teste Seneca ad Lucillũ ep̃. lxxxxiii. A sapĩa inqt nũqd recedit religio iusticia & pietas: que nullum putat bonum nisi quod honestũ est: que nec hominis nec fortune deleri potest muneribus. Cuius hoc peccatum est: nõ posse precio capi. O igitur quantus est sapiencie amor. cuius studio nil occurrit preferendum: cuius adepcio nullo potest precõ comparari: ideo prouer. xvii dicitur. Quid ꝓdest stulto habere diuicias: cum sapienciam emere non possit. Reuera nil sapiencia melius: cuius verus amor philosophia est: de qua Tul. li. ii. de offi. ca. primo. Quid enim est preter deos optabilius: quid prestancius: qd melius: quid homĩ dignius sapiẽcia: qua philosophi nominãtur. Non est inquit aliud philosophia preter studium sapiencie: cuius nomen adipisci non merentur hi quorum stulta vita est. Vnde olim nõ decebat aliquẽ philosophum appellari nisi vita viueret honesta. Vnde

Agellius li. x. Abhominabile inquit fuit aput phos no
biles: q̃ vita ignobiles seu degeneres appellerenẽ phi
losophi: nec in merito: quia philosophus vel philosophi
nomen sanctum est: de qua philosophia loquens. Tuli.
us in tusc. questi. li. ii. ca. iii. Philosophia inquit medeẽ
animis: inanes solitudines detrahit a cupiditatibus li
berat: pellit timores. Et Seneca ad Lu. epẽ. xvi. hec ĩ
quit quieta est & contemni nõ potest: qnimo aput pes
simos honor est. Et Aug. xxii. de ci. dei. ca. xxii. phi
losophia inquit vel sapiencia donum dei est: & auxiliũ
contra miserias huius vite: de qua loquens Apuleius ĩ
libro de deo Socratis in fine: hac inquit comitante oĩa
horrẽda Vlixes subiit: omĩa aduersa superauit: Ea qp
pe adiutrice demeauit ad inferos sed ascendit: cilla na
uigauit: sed ereptus est: caribdim transiuit nec deten
tus est: ad lothophagos accessit: nec remansit: Sirenes
audiuit nec accessit: nec enim aliud in eodẽ Vlixe ome
rus docet: nisi q̃ semper comitem voluit esse prudenci
am: quã poetico ritu: mineruam nũcupauit: nunq̃ ẽgo
sapiencia amabilis est que aduersitati succurrere solet
Reuera sic ipsius autẽ amor vt sepe diximus philoso
phia est: de qua Tulius in tust. quest. li. v. philosophia
inquit est vite dux: virtutum indagatrix: inuentrix le
gum: magistra morum & discipline: Nam ipsa est lex
vite: vt inquit Se. ad Lu. epẽ. lxxxxviii. ipsius ẽgo stu
dium commendabile: dũmodo licito terminaẽ fine: qa
nihil prodest philosophari: nisi finis sit adepcio vite be
ate. Vnde refert Aug. li. iii: sermonũ: sermone. lxxiiii
de quodam philosopho Iohanne: qui cum interrogareẽ
quare philosopharetur: Respondit propter beatã vitã
Et querenti qñ haberet illam. Respondit: cum hoc cõ
pus reliquero in terra. Itaq̃ finis philosophie honesta
vita p quã vita beata poss adipisci. Ideo Sene. epẽ. lxx
xiii. Ipse scribis scribe vt dum scribis legas: omnia ad
mores: & credendam rabiem effectũ. Illi ergo philoso

De famosis illustribus philosophis qui amauerunt sapiencia

phi non merentur appellari: quorum finis non est correctio morū. Vnde Policratus li. iii. ca. ix. loquens de philosophis sic ait: in ipsis inqt fuit imago virtutis: & vtinam inueniatur in nobis: qui virtutis imaginem teneat. Quis enim vmbras virtutum induit: quibus videmus floruisse gentiles. Quis Themistoclis deligenciam. Fronconis grauitatem: continenciam Socratis Fabricii fidem: pudiciam Scipionis: longanimitatem Vlixis: Cathonis parcitatem. Titi pietatem imitatur Hi enim laudabiles viri: quasi quedam seculorum suorum sidera splendiderunt: illustrantes tēpa sua. Quis ergo sapienciam amicam nō constituet ex quo laudem & omnium bonorum genera prestat.

Capitulū. xiiii. De famosis illustribusq; philosophis qui sapienciam amauerunt.

Plurimi philosophi sapiencie studio floruerunt: inter quos precipue septem sapiētes dicti extiterunt: vt tangit Aug. xviii. de ci. dei ca. xviii. quorum muneribus sublimata est ciuitas athenienſis: quorum responſis tanq̄m celestibus oraculis totus orbis certificatus est: & tanq̄m planetis septem non erraticis illustratus: philosophorum cum queso vt laudes specificem9. Refert enī Agellius li. xii. q̄ Solon vnus fuit ex septem sapientibus qui prius Athenienſibus legē instituit. Et vt refert Pomerius li. ii. athenienſes loco legum libitum habebāt. Sed fuit Solon vir insignis electus vt leges ciuitati propicias ederet: q̄d fecisse nō dubitatur. Hic autem studiosissimus extitit: proximusq; morti sapiencie indagani vacabat: vt refert Valerius li. viii. ca. vii Veritatē ecīā dicē nō timuit. Quia prout refert Tul li. de senectute: phisitarcus tirannus eū interrogauit. qua spe spretus tam audacter sibi responderet. Quire spondit senectute. Quasi diceret pro dicenda veritate se paratum mori. Rursus Anaxagoras sapienciam

De sumo bono 2 Magistri ibq philosophis

sic amauit: vt se natum ad eius contemplacionem fate
retur. Qui eciam videns suas possessiões desertas mi
me curauit: vt inquit Valerius li. viii. ca viii. mòtem
q̃ contemsit. Vnde vt refert Tulius in tust. questi. li
primo cuidam querenti ante mortem: an in patriã su
am vellet deferri. Respõdit: mõ est necesse: vndiq̃ enĩ
ad inferos tantundũ via est. Ceterum dyogenis sapiẽ
ciam legimus: qui ob eius amorem diuicias contemsit
vt refert Ieronimus contra Iouinianũ omnibusq̃ vẽdi
tis solum palliolum pro veste seruauit: & in dolio vo
lubili pro domicilio morabatur: vt tangit Iuuenalis li.
primo satbira secunda. Vnde gloriabatur: q̃ fuit ex di
uite factus pauper nilq̃ sibi deerat: quia nil desidera
bat: iniurias q̃ non timuit. Vnde cũ quidã adolescens
faciem eius conspuerat iratus non erat: vt refert Se.
neca li. iii. de ira ante finem. Cunq̃ eciam quidam di
ctus lentulus in faciem eius conspuisset: loco vindicte
suam faciem abstersit. Hic eciam mori non timuit: nec
eciã sepulture fastũ quesiuit. Quinĩmo vt refert Tul
in tus. questi. li. i. moriens iussit se proici inhumatũ
seu insepultum. Rursus cõmemoremus Socratis lau
des: qui princeps fuit philosophie: & de celo eam con
uocauit in vrbibusq̃ collocauit: vt inquit Tul li. prio
de tust. quest. Huic eciam Socrati comes fuit spirit9
ipsum in multis erudiens. sicut ait Apuleius qui pre
libanum spiritum deum Socratis credidit. Et ob oc li
brum quendam de deo Socratis intitulauit. Hic autẽ
Socrates de se nihil presumpsit: ymmo se nihil scire af
firmauit: vt ponit cõmendator li. primo ethicorũ. vi
te q̃ sobriissime fuit vt refert Agelli9 li. xxi. paciẽtis
simus q̃ fuit vt dicit Se. ad Lu. epĩ. xvii. Exemplum
inquit si desideratis accipite Socratẽ senem: per omia
aspera iactatum inuinctum: quia scilicet in aduersita
tibus pacientissimus extitit: omnesq̃ diuicias contem
sit: vt inquit Tul de tust. quest. li. v. Vnde & priceps

philosophorum meruit fieri: ydolaq; venerari recusauit vt Thuli: vbi supra li. xii. Taceo inquit de philosophis: Socrate contentus qui in contumeliam deorũ quẽcũ canẽ degerebat. Sed & propter mortuus ẽ Socrates: qa deus destruebat: vt refert Boe. i. de cõ ca. iii. Et Aug. li. de vera religione ca. primo. ipsum cõmendat eo q̃ p deos iurare contẽpsit. Vnde refert cõmendator Boe. q̃ Socrates vnum deum professus est in cuius nomine venenum sumpsit: & sibi nõ nocuit: ꝫ in nomine plurium deorum venenum coactus sũmere mortuus est. Sed quis docuit Socratem vnum deum confiteri nisi vera sapiencia cuius amator extitit suisq; doctrinis: complices suiq; temporis homines illustrauit: nec tirannorum minis territus est. Sed pocius eodem vultu quo triginta tirannos solos in orbe redigerat: eodẽ vultu carcerẽ intrauit: nec enĩ poterat cãcer videri in quo Socrates erat: vt refert Seneca ad Eliuam. Et idem Seneca li: de prouidencia post principium: Socrates inquit illam pocionem publice mixtam non aliud q̃m medicamentum immortalitatis obduxit & de morte disputauit vsq; adipsam: suamq; mortem presomniauit: Vt refert Tul' li. primo de diuinacione ca. xi. sepultureq; culmen spreuit: vt tangit Tul' ĩ tusquesti. lib. primo ante finem. Ceterum Platonis phi quasi diuini laudes non pretermittamus. quem multi referunt non aliter nisi de partu virginis editũ: vt refert Anaxilides libro tercio philosophie. Cuius narracio licet falsa sit Platoni cum laudes ascripsit. De quo eciam refert Tul' libro primo de diuinacõnibus capi. xvi. Q̃ cum in cunis paruulus dormiret: apes ĩ suis labiolis consedebant: sueq; future facundie signum fuisse responsum est. Cuius eciam partus matri eius ex q̃dam diuina reuelacione ĩtimatus est: vt habetur ĩ li. qui dicitur suda: Hic eciam Plato egiptũ pãtesq; ytalie transcurrit: vt philosophie disciplinam adipiscẽtur

De famosis er

Vnde ad tantã eminenciã philosophie: suo ingenio atq; studio peruenit: vt tam antecessoribus q̃m eciam successoribus philosophis imperare visus ẽ: vt refert Policratus li. vii. ca. v. Vnde Cicero Platoné vocauit deum philosophorum: vt refert Aug. li. cõtra Iulianum primo ca. iiii. ante finem. Hic eciam Plato libidinum atq; concupiscenciarum sectas fugauit: & ab vrbe recedens villam Achademie pro studio sapiencie seu philosophie elegit: & de mõte cogitãs nõ cõplacenciã ĩ mũdo constituit. Vnde philosophiã meditacionem mõtis dixit: vt refert Macrobius li. primo ca. xxxi. Hũc eciam Aug. ceteris philosophis prefert. viii. de ci. dei ca viii. Et idem Aug. in li. confes. fatetur se legisse in libris Platonis principium euãgelii Iohannis. Vbi habetur. In principio erat verbum & verbum erat aput deum: & deus erat verbum. Huuc eciam platonem innumerabiles historie commendant. eiusque doctrine laudibus legitur digna. Nam meditacõni sapiencie ita inhesit: vt cogitando atque meditando moreretur: vt ipsum ad deos trãslatum fertur anno vite sue. lxxxi. de cuius obitu refert Policratus li. vi. q̃ sol e celo visus ẽ cecidisse: die qua philosophorum princeps Plato rebꝰ exessit humanis. Rursus Arestotel' eius discipuli summique philosophi laudes decurramus. Qui cum luuenis esset: doctrinam eloquencie docebat: vt habetur in commentis Omeri. Et cum factus esset. xvii. annorũ philosophari athenis accessit: & cum Socrate tribus ãnis moratus est: & Socrate mortuo. Platoni viginti ãnis ad hesit. Post mortem Platonis vixit. xxiii. annis in quibus partim docuit Alexandrũ: & in parte cõposuit libros: cuius consilio fuit Alexander doctus: vt p9 modum toti orbi imperaret: de quo Arestote. loquẽs Aug. viii. de ci. dei. ca. v. Arestoteles inquit Platoĩs discipulus vir excellentis ingenii sectam paripateticã condidit. Et Tull'. li. primo de diuinacione capitulo

illustribus philosophis

xi. Arestoteles inquit singulari & pene diuino ingenio floruit: fuitque moderate vite: & voluptates respuebat: respuendasq; docebat: vt inqt Vale. li. vii ca. vii. Hunc eciam egregium pfm nuncupat Auicenna libro tercio sue metha. ca. v. Et phorum principem. Rabi Moises ipsum appellat li. iiii. Ceterum alii philosophi fama grandi & nomine floruerñt sc; Xenocrates mũdi contemptor diuinarũque spretor. Nam Alexandri munera repulit: vt refert Tul. in tus. ques. libro quinto: floruit eciam Phẽdio Socraticus qui librum de immortalitate edidit: vt refert Agellius libro tercio: floruerunt Apuleus Egesipp? virtutibo ingenioque grã di. Theofrastus q̃ Arestote. discipulus. plurimos seripsisse libros fertur. Pitagoras q̃ sapiencie studio totã solitudinem suam exhibuit. Qui cũ interrogaretur an sapiẽs esset. Respondit. q̃ non sapiens: sed sapiencie amator existeret. Itaque hoc nomen philosophus extũc manauit vt ponit Tul. in tusquesti. libro. v. Nã philosophus sapiencie amator interpretatur. Hic eciã Pitagoras musicam adinuenisse fertur: vt ponit Macrobius libro secũdo post principium. Rurs? Carnaydes fuit vehementissimi studii: vt ponit Valerius li. viii. capitulo: viii. Et Demostenes industriosus extitit & elegãcia prefloruit. Isocrates q̃ Democrit? Ipocrates sapiencie studio viguerunt: virtutibusque sũme adhe serunnt. vt tangit Agellius libro secundo. Rursus Xenon constancia atque moderancia claruit: & Thaunus paciencia. Stoicusque magnanimitate: philosophi illustres floruerunt. Ceterum laudes immirabiles de Mãco Tulio: de Chilone. Seneca. pluria describi possent quorum laudibus breuitatis causa pretermissis cõcludamus philosophos illustres dono sapiencie quam dilexerunt excitisse.

Capitulũ. xv. De studiis & sectis philosophorũ

De studijs

PHilosophorum varie sunt secte diuersaque studia commemorantur. Vnde inter sectas famosas: quedam paripatetica dicta ē quā Arestoteles condidit: Alia autē fuit secta dicta Stoicorū: cuius principes fuerūt Xenon & Crisippus vt ait Agellius: & recitat Augustinus nono de ci. dei ca. iiii. Et Seneca ad Elbiam dicit q̄ a Xenone incipit rigida & virilis Stoicorum sapiencia: & aput illos dolor dicebatur indifferens & non malum. dicebant enim q̄ passiones non caderent insapientē. Et teste Tbulio libro. iii. de officiis ca. ii. Hi dicebant sapientes esse amicos sapientib: & nihil esse amabilio vir tutibus: vt ponit Tulius libro de natura deorum. Dicebant enim omnes insipientes insanire: vt ponit idem Tulius in tus. questi. libro. iiii. Ceterum alia fuit secta Acbademicorum qui sūt dicti ab Acb:ademia ciuitate: quā plato pro studio elegerat: & ex qua oriundo erat qui de singulis dubitabant nihilq̄ affirmabant cē tum. Quorum opinionem confirmasse videtur Eraclitus veruntamē in hoc defecerunt. q̄ nihil certum ēti diderūt: quia saltem aput eos certum erat: nil esse cer prout arguit Aug. in plurimis tamen scienciis & vir tutibus huius secte philosophi claruerunt: licet in predicta opinione defecerunt: insup alia fuit secta Epicurorum que fuit ab Epicuro athenienſe: qui posuit voluptatem esse sūmum bonum: vt ponit Agellius libro xiiii. ponit eciam duo esse bona scilicet corpus sine dolore: & animum sine turbacione: vt ponit Seneca epi. lxix ad Lu. Huiusmodi autem secta que felicitatem ī voluptate carnis posuit reprobanda est. Si autem ī voluptate mentis supportanda est Et ita posuisse Epicurum arbitratur. Seneca libro de cōstancia sapiētis: & libro. iiii. de beneficiis ca. ii. vbi declarat Epicurū felicitatem in voluptate mentis credidisse. His igitur narracionibus aperte ostenditur multiplicem fuisse phi-

losophorum sectam: oīm tamen finis fuit attingere sapienciam: & licet ad diuina non peruenerunt: humano tamen ingenio artibus inuencionibusq; humanis intenderunt apropriantes gramaticam lune: logicam soli. Mercurio rethoricam: Veneri arismetricā: Marti musicam: Ioui geometriā: Saturno astronomiam: aliaque scrutinia aliis asscripserunt: Horum insuper quedā famosa studia cōmemorentur: que olī a principibus studiosis exordium acceperunt: vtinam ab indoctis principibus casum habere non incipiant. Vnde Alexander necessaria libro de naturis rerum cōmemorando antiq̄ tempora sic ait. O felicia antiquorum tempora in quibus imperantes: mundum sustentantes seipsos philosophie dederunt. vt Alexander Iulius Ptolomeus: q fuerunt viri studiosi. Et subdit. Cuiuslibet inquit regni gloria creuit in inmensum: q̄mdiu arcium floruerunt studia. Victoria enim milicie & gloriam philosophie quasi simul concurrerunt. Nam ex quo Greci Romanique: studia perdiderunt: extunc semper deciderūt Vnde regnantibus atheniensibus mineruā id est sapiēciam coluerunt: vt refert Aug. xviii. de ci. dei capi. octauo. Numeremus ergo que philosophorū famosa studia fuerunt: & cum Historiographis dicamus tria fuisse ceteris solenniora studia. Quorū primum atheniense. secundum romanum. terciū parisense. De studio Atheniensi refertur ꝙ solennissimum extitit. Vnde Athene nutrix fuit liberalium arcium atq; philosophorum. Vnde Ieronimus prelibatam ciuitatem cōmēdat: dicens studio aptissimam fore: primaq; leges tradidit: aliisq; ciuitatibus iura transmisit. In qua fuit dionisius cristiane religionis doctor eximius huius aut̄ studii scilicet atheniensis introitus: solis pacientibus ꝑmittebatur. Vnde ad portum ciuitatis sedebat senex ad obiurgandum intrare volentes: & si videbat signa impaciencie repellebantur. Si autem paciencie admit

tebantur. Aliud autem fuit studium solenne dictum Romanum: in quo floruit ytalicum genus philosophorum. Ibiq; refulserunt Iuli9 cesar Catho Virgili9 Tulius. Nam de Iulio q floruit patet libro de vita cesaris de Cathone narrat Solinus li: primo: Ibiq; docuit Rethoricam Aug. vt ipsemet fatetur li: ii. confes. Cetera & aliud studium & terciũ ẽ dictũ parisiense quod florere cepit tempore Caroli magni. Quod quidam studium Alcinus de Roma ptulit. Huiusque studii quatuor fuerunt fundatores sc; Raban9 Alcinus: & Claudius: & Iohannes Scotus. Et prout in cronicis narrat metropolitanis arelatẽsium tẽpore Caroli magni duo monachi Scoti: cum mercatoribus ad Franciam accesserunt. & interrogabat si quis sapienciam emere vellet: ob hoc plurimi ipsos stultos putabant: nihilominus tamẽ hec verba ad regem peruenerunt: quibus adductis interrogabat rex an sapienciam haberent quã vendere vellent: qui responderunt q sic. Quibus rex quid pro ea vultis: qui responderunt: tria petimus: locũ optimũ discipulos ingeniosos: & victum & vestitũ. Quibus concessis studium parisiense inceptum ẽ: & extũc dilatatum est. Tunc vero temporis erat quodã castrũ dictum Iseos sic dictum a nomine cuiusdam dee Isis: q̃ ibi colebatur: quod castrum nunc Meldunũ vocatur Et inde pisius nomen accepit: quia dicitur parisius q̃ par yseos. Nã in hoc par erat quia supra secanã q̃ modmodum meldumũ sita est: de hac ciuitate parisiensi loquitur Boe. primo de disciplina scolarium: in ciuitate inqt Iulii que psi9 dicebat: multas ãtes mendicare ꝓ speximus: vbi ait expositô q Iulius cesar ampliauit parisius sed non fundauit.

Capitulum. xvi.

Quomodo magice artes sunt inutiles.

Magice artes non sunt nisi seductiones & ad uuenciones dyaboli: & ideo inter numera scienciarum non debent situari: sed pocius

resecari debent tanquam herbe uullaten9 seminande ī agro vere sapiencie. Solent autem nominari artes magice septem. Quedam enim dicitur geomancia: cuius diuinacio fit in terra. Nam ge idem est quod terra: & mancia diuinacio vocatur. Secunda ars dicitur ydromancia ab ydros quod est aqua quia eius diuinacio in aqua fieri solet. Tercia ars dicit̄ aeremancia: cuius diuinacio fit m aere. Quàta dicitur pyromācia: cuius diuinacio fit in igne: mā pir idem ē q ignis. Quīta dicit̄ ars cyromācia: cuius diuinacio fieri solet ī manibus. Nam cirus idem est q manus. Sexta ars dicitur aromancia: cuius diuinacio solet fieri in scapulis bestiarum: Nam armus scapula dicitur. Septima ars dicit̄ Nigromancia: cuius diuinacio fieri solet cum inuocacionibus demonum: qui nigri compatiue dicuntur. Harum autem arcium tanta est superticiositas: vt non solum veritatem non contineant: quīimmo solis mendaciis replete sunt. nec solum male sunt qa probibite immo pocius ideo probibite quia pessime. & vsquequaq friuole sunt. Verum q tali arcium amatores qui dicta voluntaria reputarent: nisi racio aliqualis ostenderetur. Inquiramus an aliqua in predictis artibus veritas contineatur: & racionibus respondeamus eorum q ita opinari videntur. Scrutando ergo dubietatis huius veritatem catholice ꝓfiteri habemus predictas artes & quascūq similes friuolas iutiles & falsidicas omnino existere: ipsarumq studium nulli sapienti congruere. Vnde Leui. xix. precipiendo dicitur: neq decline tis ad magos: nec ab ariolis aliquid scisciteminī. Vnde nec saul abstulit magos de terra & ariolos: & interfecit eos qui phitones habebant in ventre vt dicitur primo Regum. xviii. postmodum tamen consilium a muliere phithonissa acceperit: & non sperauit in domuo Ideo interfecit eum dominus: & transtulit regnū eius vt dicitur primo parali. x. Rursus & manasses a dño

punit? fuit: eo q̃ ſomnia & auguria obſeruauit magoſ
q̃ & incantaciones habuit: vt patet. ii paliponenon. x
xxiii. Vnde Eccleſiaſtici xxxiii. dicitur q̃ diuinacio er
roris & auguria mendacia & ſomnia maleficum vani
tas eſt. Et Zacharie. x. dicitur q̃ diuini viderunt mẽ
dacium: & ſomniatores locuti ſũt fruſtra. Sed reſtat
vt racionibus obiciencium reſpondeamus. Quis enim
dicere poſſet q̃ cum demonibus loqui peccatum non ẽ
quia & hoc feciſſe criſtum legimus vt patet Math. v
vbi habetur q̃ criſtus demonem interrogauit dicẽs ei
quod eſt tibi nomen. Qui reſpondit legio: multi enĩ ſu
mus. Si ergo nigromancia cum demonibus loqui doce
at prohibendum non apparet. Huic autem ambiguita
ti reſpondere phas eſt: dicendo q̃ demonem interroga
re. nigromancia non eſt: ſed ſortem aut ſpem in demo
nibus conſtituere ſuperſticioſum eſt: quod criſtum fe
ciſſe abſit vt credamus. Ait enĩ vade retro ſabbanas
huic autem reſponſioni alludit. Beda ſuper Math̃ viii
Rurſus diuinaciones quidam aſtruunt veridicas. Nã
ſaul interroganti de euentu futuri belli a muliere ſpi
ritum phitonicum habentem: reſponſum fuit illud qd̃
poſtmodum accidit: vt patet primo Regum. viii. Vi
dentur igitur diuinaciones veritatem continere quod
abſit. Nam demones qñq̃ vera dixiſſe non dubitamus
ſuoſq̃ ſectatores illudentes. Sed ſubtiliſſimus ille mẽ
dax ideo vera qñq̃ ꝓfert: vt ſuis mendaciis aggreget
fautores. Nam mẽtitus ſi ſeꝑper fuiſſet: qs ei crede
ret. Nimirum ergo ſi diuinatores qñq̃ vera dixiſſe le
gamus: hoc tamen nõ ex ſe habet ars aliqua magica: ſ
dyabolica aſtucia: vera quantoq̃ propinat. vt ad ſupẽ
ſticioſam credulitatem homines alliciat. Vnde Aug.
libro. ii. de doctrina criſtiana cõcludit: q̃ omnes talet
artes ordinantur ad malum finem vt ad deceꝑionem
& ad idolatrie ſpeciem. Sed quid dicem? de Ioſeph q
auguriari ſolebat cum cypho ſuo: qui poſitus fuit ĩ ſac

cam beniamin: vt patet genisis. lxiiii. Videtur auguri
ari non sit illicitũ. hic dicemus ꝙ ioseph se diuinatorẽ
solũmodo fingebat: vt suis fratribus terrorem induce
ret. Omnes enim suos fratres cognoscebat: & tamen
per augurium se cognoscere simulabat: Rurs9 quid di
cemus: quoniam in auibus auguria qñq; videntur seu
creduntur. Vnde Iere. viii. dicitur: vt miluus in celo
cognouit tempus suum. Refert eciam Eutropius qũo
Romulus a vulturibus: suum futurum imperium di-
dicit. Et Carolus magn9 auium vociferatu hoc idem
accepit. His vero non obstantibns auguria vana sunt a
uium tamen nature multe sunt: & temporum varieta
tem qñq; designant: nec est diuinacio temporis: quali-
tem ab auibus recipere: quinimmo vera philosophia ẽ
Sed & supsticiose credulitatẽ adhibere vanitas & sup
sticio est. Misterio tamen diuino aut fortassis dyabo-
bolico: multum miranda: cum auibus fieri potuerunt
Nullla est tamen in augnriis arbitrãda veritas nisi q̃n
tum ex rerum naturis temporis cõmunes passiones ac
cipi possunt. Et hoc est quod credimus Ieremiam di-
xisse velle milluo. Rursus quid dicemus: qa narrat Io
sephus libro antiquitatum iudaice qualiter in ciuita-
tis destructione iherusalem: quidam exorcista iudeoꝝ
mediantibus herbis quibusdam: Et aliquibꝰ Caracte
ribus: quẽdam demoniacũ a demonio liberauit: & hoc
factũ fuisse corã Tito & vespesião refẽt: potestas eciã
hoc faciendi erat exhorcistarum iudeorum ꝓut affir-
mabant. Et insignum expulsionis demonis ponebant
peluim aqua plenam: & demon exiẽs subuertebat Ta
lis autem subuersio suum exitũ designabat: Albertus
eciam libro de minerabilibus multa mirabilia refert fa
cta in partibus germanie mediantibus impressis cara
cteribus in lapidibus preciosis. Ex qbus narracionibꝰ
videtur sortem posse poni ĩ his que per diuinacionem
fiunt. Nihilominus tamen oporteret vt dicemus nul-

tam in istis virtutem: negare tamen nõ possimus mira
bilia quã plurima mediantibus herbis & lapidibus fa
cta fuisse: Talium autem virtus non ẽ magica sed na
turalis est. De caracteribus autem dicemus nullã vir
tutem ipsas habuisse: sed omnia que facta sunt ex vir
tute officii aut ex fraude demonis pacta fuisse: crede
re libet: virtus autẽ officii hec potuit esse: quia exhor
ciste: eciam veteris legis sue vocacionis & dignitatis
racione quedam agere potuerunt. Et sicut de nostris
acolitis dicimus: sic fortassis super demones aliquales
& fortassis magnam potestatem habuerũt: Ceterum
quid dicemus de arte notoria que magica sentire vi
detur. Plures enim ipsam asserũt validam veritatem
habere: & esse veracem & efficacem. Huius autem ar
tis libellos duos vidi mihi alieno motu exhibitos: quo
rum vnus incipit. Ego sum alpha & o: cuius compositor
Ptolomeus creditur. Alius vero incipit: aue gra
cia plena. Cuius inuentor Iohannes monachus carno
tensis refertur. Quorum librorum volumina prima fa
cie grata apparebant: & diuinacionibus q̃m plura fa
uere videbantur: pluribusq; testimoniis predictorum
compositorum quibus suũ intentũ astruebant. Quid è
go dicimus nũquid arti notorie prebemus fauorẽ eci
am diuinaciones aspernendo: hoc nequaq̃m: quia magi
cis artibus atq; diuinacionibus ars notoria valde & ni
mis vicina est: Sed restat vt satisfaciem9 predictis te
stimoniis: ipsis autem satisfacere facile est. Sibi enim
mutuo contradicentes seipsas interimunt. Nam Iohan
nes carnotensis artem Ptolomei repudiat & omnio ca
lumniare nitiẽ: eo q̃ verba quedam oculta ĩ arte Pto
lomei inseruntur: quibus vt affirmat dyaboli inuocan
tur. Sed mirum q̃ ipse Iohanes hoc dicere nõ veretur
viso q̃ sue artis fabulosum compendium eundem conti
nere effectum inuenitur: verbis quoq; ocultis & extra
neis vtens: pocius decipere q̃m instruere videẽ & scie

ꝗarum infusionem sub tali forma deposcit: vt narrare
non nisi delusio sit huius ergo artis compositores con-
tradicunt sibiipsis: hoc ideo est: quia ex regno dyaboli
sunt: omne autem regnum diuisum desolabitur: Nun-
quid enim sciencia: donum dei est dicente Apostolo. i
ad Corin. xii. hec omnia operatur vnus atq; idem spi-
ritus sanctus diuidens singulis prout vult. Stultum ē
ergo arbitrari sciencias posse acquirere: diuinum deso
lando cultum. Nam Aug. x. de ci. dei allegat porphi.
rium fatentem & dicentem: q; ab operibus demonum
non cōsurgit purgacio anime nec ydoneitas intellect9
Nam soli deo conuenit sciencias infundere. Sic enī le-
gimus sapienciam Salomoni infusam fuisse vt dicitur
iii. Reg. ii. & . ii. Paral. i. Similit eciā fuit infusa apo
stolis. Vnde luce xxi. Ego inquit dabo vobis os & sa-
pienciam cui nō potuerunt resistere omnes aduersarii
vestri. Adhuc restat vt dicamus cur demones non po
tuerunt sciencias infundere: cum possint tempora trās
mutare: vt inquit Aug. libro primo de ci. dei. Hic di-
cemus demones multa reuelare posse deo permittēte
& quantum in eis est: semper decipere petūt: ab ipsis
ergo si aliquid bonum prodeat: est non ipsorum: ſ dei
donum est. Quis ergo tam amēs vt deo spreto: pro sci
enciis dyabolū imploret. Omīa enī dei sūt. Vnde Au
gustinus xxi. de ci. dei Alliciuntur inquit demones p
creaturas quas non ipsi sed deus condidit: Si ergo de-
us condidit omnia: quis aliū inuocabit Fortassis dice-
res q; ars notoria dyabolum inuocare non precipit: po-
cius oracionibus & ieiuniis vocare iubet. Hec autem
nunquid honesta & bona sunt. Dicemus q; ieiunare &
orare quantum est ex se bona opera sunt: dummodo fi-
nem bonum pretendunt. Sed finis ille bonus nō ē: qñ
quis suis operibus sortem addit vl adhibet: credēs su
as cerimonias huius virtutis existere: vt sciēcias ī mo
mento acquirat. Non sufficit ergo vt opera videātur

bona: sed congruit vt bono fine fiant: & huic bono fi-
ni immitemur. Vnde Aug. li. primo de fide cristiana
doctrinas cerimonias magicas malas asserit: quantum
cunq; bone videantur: quia malo innituntur fini: eãdẽ
sentenciam tangit Crisost. super Math. Adhuc autẽ
restat q̃ de somniis inquiramꝰ an scilicet reuelacionẽ
aliquam innuere videantur: plures enim dicunt omne
somnium aliquid designare futurum vel venturũ: Et
ad hoc roborandum quedam alligari possunt. Nã Ge-
deon qui positus est i numero sanctorũ vt patet ad he-
breos. ii. ipse credidit interpretacioni somniorum vt;
Iudicum septimo. Ioseph quoq; interpretatus fuit som
nium Pharaonis vt habetur Geñ. xl. Et daniel inter-
pretatus fuit somnium regis Babilonis vt apparet da
nielis. ii. & iiii. Auerrois eciam libro de somno & vi
gilia dicit somnia esse ab angelis. Nurquid ergo som
nia quedam sũt signa futurorum: & fere quedam pre
sagia. Ex predictis sic apparet. Sed obstat illud deu-
tronomii. xviii. Non inueniatur in te qui obseruet som-
nia. Et Catho ait. Somnia ne cures. Huius autem cõ
trauersione enodacio talis est. Dicimus enĩ q̃ somnia
q̃nq; sunt signa futurorum: eo q̃ q̃nq; causantur iuxta
disposicionem corporis vel temporis. Vnde Albertus
magnus sup li. de somno & vigilia narrat qualit qdã
somniauit semel: q̃ pix nigra fundebatur supẽ pectꝰ su
um: & incrastinum p coleram nigram emisit spiritum
Quãobrem idem Albertus cum Arestotele concludit
q̃ medicis prodest de somniis interrogare: quia q̃nq;
sũt signa qualitatis cõporis. Hoc autem modo somnia
interpretari: nõ est supersticiosum sed racionale. Alio
vero modo contingit interpretari somnia secundã di-
uinam reuelacionem. Iuxta illud Numeri xii. Si quis
fuerit inter vos propheta domini: apparebo ei vel per
somnia loquar ad illum. Hoc enim modo somnia inter
pretari magnum & laudabile est: sed non omnibus cõ

cessum est. Hoc autē modo Ioseph & daniel vt pie cre
ditur somnia interpretati fuerunt. Si quis autē som-
nia interpretetnr secundū voluntariā cōiecturam aut
supersticiosam adhesionem: seu demonis suggestione3
talis interpretacio friuola & vana est: & a religiōe cri
stiana recedit. His ergo racionibus concludim9: som
nia diuinaciōes artesq; magicas nullius existere vtili-
tatis. Quāobrem merito prohibentur in decreto xxvi
q. ii. & v. Et deutro. xviii. dicitur. Nō sit q phitones
consulat neq; diuinos. Ex quibus omnibns cōcluditur
predictnm probleuma siue prouerbium.
Explicit primus tractatus libri primi. Incipit tracta-
tus secundus qui est de septem artibus liberalib3. Cu
ius primum Ca. est de Gramatica & eius inuentorib3

GRamatice exordium inuentoresq; narra
re supest. Ad cui9 euidēciā aduertendū
q gmatica dicit a grama qđ ē littera &
ycos sciēcia: q̄i scieucia de litteris: & con
sequenter de ydeomatib3. Vnde sciendū
q gramatica docet ydeoma congruum & artificiosum
conmune nacionibus multis: que diuisa quantū ad li-
guagia propria olim fuerunt. Vnde autem processit li
guarū diuisio satis patet ex libro genisi. Isidorus eciā
libro nono ethicoꝝ narrat diuersitatem liguarum exō
tam fuisse in edificacione turris babilonem. Nam qui
dam Nemroth dictus superbia tumens: vt populo do-
minaretur secretaq; dei audire poss3: turrim altissimā
construxit: sed occasione superbie eius: liguas diuisisse
creditur de9. Prius enim ligua vnica erat: ydeomatū
vero multitudo secundum aliquos numerata ē: nume
ro filiorum qui processerunt a filiis Noe. Sciendum ē
go q a filiis Noe processerunt gentes lxxiii. vel secun
dum aliquos lxxii. sc3 ab ipso Sem xxvii. ab ipso Cam
xxxi. ab ipso Iaphet xv. Et tottidē ligue diuidi cepe-
runt. Aduertendum tamen q tres sunt ligue principa

les: ceterisq; excellenciores scilicet Ebraica Greca & Latina: inter quas liguas: prima fuit Ebrea omnium liguarum mater nominata. Vtuntur autem hebrei viginti duabus litteris: quarum inuentor creditur Moyses Syrorum autem & Caldeorum litere: credunt ab Abraham inuente fuisse: hebreorum autem caldeoruꝫ & syrorum littere: & in numero & sonis cõcordant solisq; figuris & caracteribus discrepant. Egipciorũ vero litteras isis regina machati. Alii habent machi filia de grecia veniens in egiptum reperit. & egipciis tradidit. Verum ꝙ egipcii differentes habent litteras q̃sdam scilicet pro vulgo: & quasdam pro sacerdotibus. Secunda autem principalis ligua dicitur greca: litterarum autem grecarum vsũ primi phenices inuenerũt vt tradit Lucanus. Sed Cadinus agenoris natus: grecas primus in greciam attulit scilicet xvii. & postmodum alie littere addite fuerũt. Nã palamides de bello troyano rediens. tres adidit. Et symonides postmodũ tres adiunxit. Et tandem pytagoras Sanus y. grecũ prius formauit: vt tradit percius. Habent autem greci qñq; littẽas misticas: q̃ꝛ vna dicit̃ Tebca: que mõtẽ designat. Nam habet ꝑ medium sui telum vel lineam que mortis signum est. Vnde iudices olim litteram illam apponebant nominibus illorum quos affligi volebant. Secunda littera mistica dicitur y grecũ que designat vitam humanam: eo ꝙ semper tendit ad tenuitatem more vite humane. Tercia littera mistica dicit̃ thau que figuram habꝫ dominice crucis de qua dictũ est in Ezechiele per angelum transi per mediũ iherusalem. & signa thau in frontes virorum gemencium & dolencium. Rursus alie duo sunt littere mistice scꝫ q̃ꝛ vna dicitur Alpha: & vltima que dicitur O. Et istas duas vendicat sibi cristus iuxta illud Apoca. primo Ego sum alpha & o principium & finis. Omnes autẽ littere aput grecos. & verba componunt & numeros fa-

ciunt. Nam alpha significat vnum. Betha duo. Gama tria. Delca q̃tuor & cetera. Notandum eciam q omẽs littere grece incipiunt nomina sua a propria voce quã habent. & desinunt in vocalem vt alpha: betha: et cetera. Aduertendũ eciã q greci non habent litterã b quĩ ymo ei9 loco habẽt lĩra3 q dicit̃ bicha. Verũ q latini q proferunt b. ipsam vocant betha. Sed greci talem litteram nunq̃m proferunt. quia strictus labiis nihil proferre solebant seu consueuerunt: sed laxis labiis & dentibus omnia proferunt. Et hoc modo littere b. non potest proferri: quinimo sonus littere b nisi stringantur labia: mutatur in sonum littere v consonantis. Vlterius aduertendum q alpha de se aput grecos ẽ pnra vocalis & tantum valet q̃ntum a. Sed si iungatur quibodam vocalibus: tũc mutat sonum suum & fit dypton gus. Et similiter dicendum est de epenthe littèa & de lotha & de omicro: que omnes littere mutant sonum suum quãdo vocalibus quibusdam adiunguntur. V vero quinta vocalis aput grecos dicitur pura diptongus nec solet scribi nisi sibi iungatur omicro & ipsilo. Rursus sciendum q iste q̃tuor littere thita phi chi psi non habentur aput latinos: sed loco ipsarum plures littèas scribimus. Nam pro thita scribimus th. pro psi scribimus ps. pro phi scribimus ph. pro chi scribimus ch verum q greci carent aliquibus litteris latinis: quia nõ habent C nec q. sed loco ipsarum scribũt litterã cappã Notabimus q littera epenthe: hoc nomen aput grecos accepit eo q quintum locum teneret in alphabeto ipsorum: & eundem locum in alphabeto nostro accepit. nã pentha grece idem est qd quinq latine. Vlterius notabimus q greci habent duo I quoꝝ vnum dicitur ita & alind yota: & habent sonum satis conformem: ĩ hoc tamen differunt: q ita ẽ diptong 9: & yota pura vocalis & breuis. Habent enim dupplex o quorum vnum dicitur omicro: & aliud othomega: & habent sonũ eũdẽ

differunt tamen in hoc: ꝙ omicro est pura vocalis & o thomega est dyptongus. Vnde omicro id est paruum o Othomega id est magnum O. Rursus principaliter aduertendum ꝙ tercia ligua principalis dicicitur latina. quam plures dicũt esse quadruplicem. Quedã enĩ est prisca. Quedã romana. quedam mixta: quedam pẽfecta. Omnes tamen sunt vna ligua. Sed a modo pronunciandi talis differencia est orta. Nam diuerse naciones diuersimode pronunciant: esto eciam ꝙ eandem liguam habeant. Sic dicimus ꝙ gentes orientales verba communirer formant in guttere sicut hebrei & syri. Occidentales autem formant verba in dentibus vt ytalici & hyspani. Gentes mediterranee vẽba formãt in palato: vt greci & asiani. Ex tali ẽgo varietate pronunciandi differencia predicta oriri potuit. Sed inq̃ramus quis litteras latinas inuenit. Refert ysidorus quo ad ista narrator maxim9: ꝙ nympha carmentis litteras latinas primo tradidit ytalicis: que carmentis alio nomine nicostrates vocata ẽ. Verum quidã ꝙ xvii. litteras exhibuit: postmodum vero alie littere addite sunt. Vnde prime xvii. littere erant iste. A. b. c. d. e. f. g. i. l. m. n. o. p. r. s. t. v. postmodum h. littera pro nota aspiracionis addita est. Vnde proprie non littera sed aspiracionis nota vocatur: litteram eciam. g. latini in processu temporis inuenerũt: loco cui9 veteres scribebant. c. Hanc autem litteram. q. hebrei non habent nec greci: sed solum latini. Rnrsus Salustius ludi magister prius litteram. k. adinuenit: loco cuius veteres scribebant. c. & q. Et super vacua a quibusdam nominatur. Insup ex tempere augusti. x. litera adinuenta ẽ Et prostremo tempore Augusti eiusdem latini a grecis duas litteras mutuauerunt scilicet y. grecum & 3 propter nomina greca meli9 scribenda: prius autẽ loco 3. scribebant duo ss. Et loco ipsius y. grecum scribebant i. latinum: omnibusq; computatis ex viginti tri-

nympha .i. puella vel sponsa

bus litteris alphabetum latinorum cõstare dinoscitur
Rursus gramatice inuentores enarremus. Nuper enĩ
legi in quadam Cronica scilicet martiniana: latinum i
ventum fuisse a quodam rege romanorum qui nomina
batur latinus: & exinde latinum nomen tale accepit
Nostre autem gramatice plures fuerunt precipui scri
ptores: sicut Donatus Pristia. & q̃m plurimi alii: int
quos numerari potest Ennius qui metra primo com
posuit. Cui successerũt Anatreon Seipho Archiloyc9
Symoides Calophoic9 Astlepi9 Vir. Oui. Ora. Ome
Phetydes vt tradit Theren.. Ceterum refert Isidor9
q̃ homines primitus scripserunt super foliis maluarũ
& hoc narrat Catululus. Postmodum autem greci cũ
stilo ferreo in cera scribere ceperunt. Et exinde roma
ni cum stilo osseo scripserunt. Vnde in sathira quada3
romana dicitur: vertamus vomerem in ceram mucro
neq̃ aremus osseo: postea vero ciues ciuitatis memphi
tis cartas papireas inuenerunt. Vnde Lucanus Con
ficitur fibulo memphicis carta papiro. Et p temporis
successum reges pgamenorum vsum pãgameni primo
docuerunt. Vnde pgamenum ita vocatum est. Et po
stremo romani mẽbranis politissimis primo infuserũt
Ceterum aput romanos Enulios primus libros compo
suit. Et Marcus Varro grãdem bibliothecam primi
tus condidit. Sed Pollio bibliothecas rome prim9 pu
blicauit. Et deinde Galterus & Omerus grece scribẽ
ma ſiue intelle ctus reflectit̃ ſuper ſe: quia experimur
ꝙ anima cognoſcat: & ꝙ cognoſcit ſe cognicione p ac
tum reflexum quod non poteſt facere aliqua potencia
organica ſiue corporalis. Igitur anima eſt res ſpiritua
lis: & conſequenter incorruptibilis. Ideo dicit Ari. ii
de anima: ꝙ intellectus eſt ſeperatus ab aliis potenciis
ſicut perpetuum a corruptibili. Quarta racio eſt quia
iuſticia eſt virtutum preclariſſima ut dicit̃ v. ethicoꝝ
debet igitur maxime conuenire primo enti. Cum igit̃
experimitur in vita p̃ſenti plures impios ſublimari &
iuſtos calũniari & opprimi: ponẽda eſt ergo vita poſt
hanc vitam: in qua iuſticia vnicuique fiet: alias enim
oporteret dici vniuerſum per iuſticiã non regulari at
ꝙ ſupremum iudicem iuſticia non illuſtrari: qd̃ incre
dibile & impoſſibile apparet. Ex his igitur racionib9
concludere poſſumus animam eſſe perpetuam: aliamq;
vitam poſt illam debere ſperari Ex quo ſequitur ꝙ ani
ma de potencia materie non deducitur: ſed pocius de
nihilo creatur ut prius notatur Ideo dicit Temiſcius.
Philoſophus ꝙ inter omnia numeranda in rebus natu
ralibus: eſt numerandum de anima. Hoc enim narrat
conmentator Auerrois pri° de anima. His racionibus
tamen non obſtantibus plures in ſpeculis huius vani
tatis viuere in mundo pro paradiſo preelegerunt. Qui
ſimiles ſunt tigride de quo narrat Plinius natnralis:
ꝙ a venatoribus per ſpecula frequenter decipitur Cũ
ꝙ venatores catulum ſuum deportant: ipſa tigris ve
natores inſequitur: ſed in via ſpecula inueniens in eis

q; similitudine sui prospiciens: catulum suum putat se inuenisse: sicq; catulũ suum perdi & deportari pmittit Similiter faciunt mũdi amatores: quia leticiam vanã cum habuerint paradisum inuenisse credunt: & ita catulum scilicet animam ei collatam damnari permittũt Vnde venatores scilicet demones humanam fragilitatem cognoscentes: eorum oculis specula humane vanitatis siue mundane preponunt: ut in eis delectari atq; quietari studeãt celsamq; felicitatem acquirere pretermittant Capitulum vii. de vtilitate vere amicicie & caritatis

Micicia: omnis boni exordium est: bona si fuerit Tunc vero bona est si inter bonos extiterit: aliquis enim amicicia nuncupari non meretur. Quoniam amicicia preciosissimum genus est diuiciarum. Malorum autem fedus: non preciosum sed vile ẽ: ergo amici fieri studeamus: amiciciaq; in cristo sit. Tunc enĩ prosperabimur in spiritu mutuis mocionibus: & in corpore mutuis subsidiis atq; adiutoriis. Tunc eadem erit volũtas: idem desiderium. Quid enĩ melius aut optabilius his. Quam obrem Senĩ epistola C. xi. dicit q; vbi est idem velle & nolle ibi dulcissimũ & honestissimum manere est: quoniam cõcursus sensuum & vnanimitas voluntatum: tanq; riuulus in amicicia scaturisant. Vnde Ambro. libro tercio de offi. dicit q; custos pietatis est amicicia: que facit ut superior se inferiori exhibeat equalem: & iferior superiori. Inter enim dispares non potest esse amicicia: plurimum tamen amicicia fallax est: & in momẽto deficit. Et ideo Ecclesiastici xii dicitur q; non cognoscitur amicus in bonis: nec eciam inimicus in malis: sed lex amicicie est ut non plus vel minus velit diligi quam diligat: ut inquit Tul' de amicicia libro primo ca. xvii. Nempe beatus Aug9. iiii confe: verũ aicũ se habuisse narrat. Vnde ipso mortuo plãgebat eum dicens se pdidisse dimi

dium vite. Et ibidem cõcludit ꝙ non est vera amicicia nisi fuerit conglutinata caritate. Huius enĩ amicicie cristus exemplum dedit luce xxii. Non dicam vos seruos sed amicos. Vnde Señ ep̃ C. iii quendam plangentem filium redarguit dicens. Quid inq̃t faceres si amicum perderes ex quo paruulum incerte spei sic plãgis q. d. ꝙ filio p̃ferendus est amicus: si verus fuerit. Sicud cum dicit Tulius libro de offi. primo ca. xvii. In amicicia nulla pestis maior est quam adulacio simulacioq; viciosa que verum iudicium tollit. Vnde Augu⁹ x confessꝫ. ꝙ dicit amici adulãtes amiciciã peruertunt & inimiciciam connectunt. Nec tamen amici sunt q̃ꝝ bona diuiduntur. Quoniam sicut dicit philosophus ix ethicorum & conmentator ibidem. Amicis est anima vna & omnia conmunia: nec est amicus: nisi amico cor suum prebeat: ut ponit Tulius vbi supra. Et Austu ii confessꝫ dicit ꝙ amicicia dulcis est propter vnitatem animorum. Et q̃ amicus est amico omnia conmunicet Prima tamen lex amicicie est. ut ab amicis honesta petamus ut inquit Tul' vbi supra. Vnde valerius li° iiii c. vi de pluribus narrat quorum vnus pro alio se hostibus obtulit. Ceterum narrat de duobus qui dicebant̃ hamon & pithias qualiter cum dionisius tirãnus vnũ voluit occidere: alius exposuit se morti pro eo. Quod cum tirannus vidisset admiratus supplicium remisit. Nam eciam Augu. iiii confessꝫ de amico loquens dicebat: nescio inq̃ꝫ an vellem pro illo mori. Sic enim legitur de horeste & priade qui eligebãt magis simul mori quam non simul viuere. Etenim si attendamus: homo ex natura amicari debet. Quoniam dicit Seneca libro iiii de beneficiis ca. iiii. Hominem inquit non faciunt vgues neq; dẽtes terribilem: sed nudus natus ut nulli videatur inimicus. Et ibidem concludit: ꝙ societas dat homini dominiũ animalium: & imperium gencium. His itaq; sermonibus patet quãta sit societas &

amicicia quam plurimi veteres habuerũt. Vnde refertur de duobus mercatoribus qui se ita dilexerant: ut vnus illorum qui egipcius erat: vxorem ꝓpriam pulcerrimam & maritatam: alteri amico relinqueret: eo ꝙ ipsius amore laguebat: cũ tamen vxorem ipse egipcius nũquam cognouerat. In processu vero temporis cõtigit egipcium propter homicidium morti condemnari: quod sciens qui beneficium susceperat venit dicẽs se homicidium fecisse. Et loco illius se moriturum obtulit. Malebat enim pro amico mori: quam amicum mori irremuneratum. Ideo sapiens dicebat. Si inueneris amicum fidelem sit tibi sicut anima tua. Sed reꝓbandi sunt hi qui amicos querunt ut ab eis illicita obtineant. Verumtamen teste Tul'. lex amicicie est ut non rogemus turpia: nec faciamus rogati. Sunt eciam redarguendi hi qui omnes putant amicos. Ideo sapiẽs Multi ĩquit sunt tibi pacifici: ut vnus sit consiliarius ex mille scilicet amicus tuus: de quo attendas ꝙ bonꝰ sit. Nam maximum genus infortunii scias tibi contigisse: si de peruerso amicum facias: aut si amicum te habere putas cum tamen non habeas. Sed nunquid experimur malos frequencius ceteris amicari: seruenciori ꝙ federe sibi inuicem adherẽ: quam plurimi quorum fama virtuosa promulgatur, Verũtamen teste Tuliꝰ libro iii de offi. In malis ficcio est in bonis amicicia est Vnde Aristotiles viii ethicorꝫ destribens tres species amicicie ostẽdit ipsas consistere in triplici genere boni. Omnis igitur amicicia bona est. Vnde Augu. iiii confessꝫ statim post principiũ dicit ꝙ non est amicicia nisi inter habentes caritatem. Qui enim excaritate se non amant sunt de numero eorum de quibus Iere. ix. dicitur Omnis amicus fraudulẽter incedit. Tales nõ caritate sed vtilitate sepe federanẽ. Iuxta illud Ouidii libro de ponto. Vulgus amicicias vtilitate probat Quam obrem talis amicicia minime durat, & si tem-

pore necessitatis durat. tñ ut cõmuniter non pseuerat
Capitulum. viii de vera amicicia & eius fidelitate

Este Tulio in de amicicia: amicicia ẽ omnibus
t rebus humanis preponẽda: nihil enim est natu
ture tam aptum tanq; cõueniens prosperis &
aduersis quanta sit virtus amicicie. Et subdit Est au
tem amicicia nihil aliud nisi omnium diuinarũ huma
narumq; rerum cum beniuolencia & caritate consensio
Et idem Tul' in ii retborice. Amicicia est volũtas er
ga aliq̃ bonarum rerum illius quem diligit cum pari
voluntate. Ex quo apparet aperte q̃ amicicia paritatẽ
& caritatem semper pretendit. Vnde Secundus pl'us
Quid est amicicia est equalitas animorum. Sed quid
est amicus: desiderabile nomen homo vix apparens in
felicitatis refugium: indesinens felicitas. Nempe ami
cus raro inuenitur: in penuria ꝓpiciatur: & indesinen
ter amicatur: alias enim amicus non est. Aliqui au
tem amicos se dicunt: cum bona dederunt q̃dam. Sed
amicus nõ est: nisi se ipsum: animumq; dederit. Vnde
Seneẽ li. vi de beneficiis. Nescis quãtum sit amicicie
precium: si non intelligis te ei daturum quem diligis
rem similis raram que non alicui magis deest quã vbi
creditur habundare: quia scilicet sepius creditur mag
na amicicia vbi nulla est. Verũtamen que duo sunt ad
vnum redigit: & mirabili pitate dispares vnit. Vnde
Calcidius in prohemio super thimeum platonis. Tan
ta inquit ut opinor est vis amicicie q̃ parificat res ex
se diuẽsas: cũ alter ex amicis alteri voto cõplaciti ope
ris administrat effectum. Nam amicicia multos dispa
res coadunauit: nec tamẽ vera est amicicia eorum qui
quosdam stulte diligunt atq; volendo amicicie donum
exhibere: se ipsos damnificant & concuciunt. Quos re
dargues Catho sic dicit. Dilige sic alios ut sis tibi ca
rus amicus. Sic bonis ẽ Talis igitur absit amicicia:
sed vera & discreta non ꝑtermittatur. Quia teste Ca

thone. Vtilius est regno meritis acqrere amicos. Et baccaton stoicus. Quid inquit profeci hoc est: cp̃ amicus esse cepi. Nihil igitur amicicia vtilius: nihil in rebus humanis desiderabili9. Vnde q̃ tilian9 c. viii. Nõ repio inqt in reb9 humaĩs p̃stãci9 amicicia. Et subdit Quid enĩ foret hũano generi felici9: cq̃ si ones esse possent amici: omnia enim mala discederẽt. Vnde ĩ puer. sapientum dicitur. Quid dulcius quam habere amicũ cũ quo omnia audeas: quẽ sic credas ut te: cui sic loq̃ris ut tecum. Multi tales amicos habere uoluerũt: & ipsi tales esse non possunt. Vnde Tul lib° de amicicia preallegato consimilem ponit sentenciam. Rursus parum amicicia prodest si amiciciarũ fidelis & constans adhesio non fuerit. Vnde Seneca in tragedie. Quos verus amor tenuit tenebit. Vnde Augu. cesar amicicias non facile admisit: sed constãtissime retinuit. Vnde refert Suetonius li° ii. Nam amicus non est qui cito deserit amicũ; nec amicus est qui de amico cito male iudicat. Vnde Tul li° de amicicia. Boni viri & sapiẽtis est duo hec tenere in amicicia. Primum est: ne quod fictum uel simulatum sit. Nam apte odisse magis laudabile est quam occultare sentẽciam: deinde suspicosus non debet esse nec existimare aliquid ab amico esse velatum. Nempe qui suspicatur: iam amicum habere nõ arbitratur. Heu quot verbales amici qui tempore necessitatis recedunt: qui nullum diligunt: nisi quantũ beneficia suscipiunt. Cum Valerius li° iiii dicat. Sincere fidei amici precipue in aduersis rebus cognoscuntur: in quibus quicquid prestatur a constanti beniuolencia proficiscitur. Nam gratum beneficium est q̃d mercedis suspicione caret. Absit tamen ut aliquis credat amicorum occasiõe se peccare posse: aut eius obsequio ea debere agere que prohibẽtur. Nam teste Tullio de amicicia. Nulla est excusacio peccati si amici causa peccaueris. Non debet igitur in malis amicus obe-

dire amico. Vnde narrat Valeriꝰ li° vi. q̃ cũ Rutiliꝰ amico indigna peteti non obediret: tunc amicus dixit Mihi non est opus amicicia tua: si quod rogo nõ facis Cui Rutilius. immo quid mihi tua: si aliquid ꝓpter te inhoneste facturus sum. Ideo Catho ait. Nam stultum est petere quod iure posset negari. Non igit exigit amicicia crimina pro se mutuo cõmitti. Nihilominus teste Claudiano in maiori. Multis delicta nexus fuere amicicie. Quia multi amicorum occasione peccauerunt: hoc tamen abst. Quia teste Tul li° de offici. Amicis nõ tribuere quod recte posset: & tribuere qd non sit equum contra amicicie officium est. Itaq; saluo consciencie iure amicus amico succurrere debet ea pꝰ ponendo que possessio cõtinet terrena. Vnde Sidoniꝰ libro ii. Non magis cordi aut voluptati sit ager cum redditibus amplis quam amicus sed equalis. Omnis enim amicicia paritatem pretendit. Si igitur par est amicꝰ tibi q̃modo preponis amico opes tuas: si te sibi parem: plus opibus diligas. Hoc enim si feceris nec paritas nec amicicia est. Cũ Galterus in alexandreidos dicat li° viii. q̃ inter pares & equales est modus amoris. Diligamus igitur animo equum: amicumq; moribus sanum eligamus ne viciorum inminente turpitudine amiciciam desinere iure oporteat. Nam quod honestum est amare natura postulat: quod autem iniquum diu diligere: racioni est molestum. Vnde Tu li ii. de offi. Quia inquit id ipsum quod honestum decorosumq; dicimꝰ: per se nobis placet. Idcirco illos in q̃bus hoc esse arbitramur: naturaliter diligere cogimur Et li° de amicicia. Nihil est tam aptum nature tanq; conueniẽs sicut amicicia, Sed hanc scio in solis debere bonis esse. Sed precor veneranẽ qui vere amicicie fedus seruare recusant. Nam minime attendunt quõdo diligant dummodo eius sub titulo proficiant: nec attẽdunt si bonꝰ sed diues & in obseqis prodigus. Ea au-

tem que possidēt ipsorum ita sunt: ut conmunicare nō
audeant nisi cōmunicando sua bona amphora videant
Amicorum tamen omnia debēt conmunia fore. Vnde
Therencius in adelphis. Vetus verbū hoc est: conmu
nia esse amicorū inter se omnia. Et Salusti9 in Cathe
Idem velle atq; idē nolle vera amicicia est. Itaq; si quis
a culpa vacuus eciam in amiciciam prauorum ciderit
quotidiano vsu atq; illecebris similis aliis efficit. Vi
deat igitur qui amat ut quem diligit bonus sit. In ma
lo enim amicicia non est. Vnde idem Salustius in iu
gurtino. Omnes eadē capere eademq; odisse inter bo
nos amicicia & inter malos ficcio est: & non amicicia
Quomodo enim amicicia esset ex quo peccatum eos co
pulat. Nempe vnum vicium ad aliud trahit & si auā
rus fuerit amicus forte ira supueniet: uel forte supb9
erit. Si autem supbus ira supueniet. Ecce qualis ami
cicia. Nulla enim est ex quo peccato maculatur. Quis
enī diuisit ãgelos nisi supbia: quis fratres primos nisi
superbia. Sic & plures qui putantur amici: similibus
causis dissoluuntur. Nam inter amicos debet fore cari
tas sine temeritate: conmunitas sine cupiditate. Vnde
Seneca ad lu. epistola xlviii. Consorciū rerum ōnium
inter nos facit omnia. Et subdit: omnia cum amico cō
munia amicus habebit. Nam pitagorica opinio fuit:
amicorum omnia esse conmunia: & amicum esse alterū
se ipsum: ut refert Iero9 contra Ruffinum. Vnde Oui
iiii de tristib9. Hi duo cōporibus: mētibus vnus erāt
Et loquitur de amicis. Et arator li° ii. Repellit errō
in diuersa trahens: cum spiritus efficit vnum: vnitasq;
ex concordia venit Concordia vero in bonis est. Vnde
prosper li° epig̃. Moribus iustissimis pulcra est concō
dia pacis. O igit̃ posco inquiramus quo pacto queat
vera amicicia vendicari Audiamus Ouidium ii de ar
te amandi dicentem: ut ameris amabilis esto: dulcib9
est verbis alliciendus amor. Vnde Ma. li° de Tobia

h2

Est prauio dignus amoris amor. Et Hecaton stoicus
Si vis amari ama. Ex quibus apparet q̃ nullo laqueo
quis tam cito capitur sicut amore. qui obseqorum dul
cedine conseruatur. Vnde Catho. Vincere cum possis
interdum cede sodali. Obsequio dulces quoniam reti
nentur amici. Ira odium generat cõcordia nutrit amo
rem. Itaq̃ mutuis paciencijs amicabilis coniuctus con
seruatur. verbisq̃ beniuolis: exhortacõibus & iustis ĩ
crepacõibus inter sapiẽtes amor solidatur. Vnde Tu
li° de viciis. Vita victus cõsilia: sermones exhortacio
nes interdum & obiurgacõs maxime in amicis vigẽt
Illaq̃ est iocundissima amicicia quam similitudo con
iugauit. Nec mireris si libeat redarguere amicũ: quia
redargucio amore prolata sapienti placet. Ceterũ scis
sitemur. Cur amicicie inter homines nõ apparẽt: aut
enim homines sunt quales non fuerunt: aut veteres si
cud nec presentes mutuo se dilexerunt q̃d absit. Quid
igitur dicendum libeat non occurrit: nisi q̃ imparitas
voluntatum & distinctio desideriorũ amicicie detra
bit viam. Teste Oracio in suis epl'is. Oderunt bilarẽ
tristes: tristemq̃ iocosi. Sedatum celeres aggũet gra
uemq̃ remissum. Potores bibu'i mediaq̃ nocte phaler
ni Oderunt porrecta negantem pocula Itaq̃ gulosi ob
scenos non amant lubrici castos. Quamobrem appeti
tuum varietate confunditur amor. Impiis igitur non
est fedus huiusmodi adhibendũ eo q̃ contrarium amo
ri impeditatũ habent. Vnde plautus in anlularia Con
uentus bacborum & ioca friuola non quero ut amorẽ
pariant: vtinam nihil odiosum darent. Talibus igitur
ineptis desideriis vere dilectioni cõtdicit̃ sepe. Rur
sus animaduerte frequenter quosdam fore amicos nõ
hominum sed munerum. Hi sunt sodales non amicicie
sed fortune. De quorum amicicia inquit Seneẽ ad lu
epistola ix. Qui vtilitatis causa assumptus est: tã diu
placebit: q̃ diu vtilis fuerit. Nam circa diuites amico

rum turba circumsedet: sed circa aduersa solitudo est
quia tales fugiunt amici vbi probantur. Varro in suis
sentenciis. Si vis amicum experiri calamitosus fias.
Et Quintilianus ca. xv. Nescis inquit an diligat: cui9
experimenta non habentur nisi felicitas. Plures enim
infelicitate diligũt sed aduersĕte infortunio desperãt
quia deest fortuna cuius gracia amabant. Vnde Boe.
iii de cõso. Quemq; felicitas amicum fecit: infelicitas
faciet inimicum. Nulla pestis efficacior ad nocendum
quam familiaris inimicus. Nam causa deficiente amo
ris: mirum si deficit zelus antiquus. Nam Tarquus
exilio dat9 primo cognouit quos fidos habuit amicos
In prosperitate enim non cognouit ut narrat Tul° lib°
de amicicia. De talibus ait Ouidius li de ponto. Vul
gus amicicias vtilitate probat. Reuera tamen ut sub
dit idem Ouidi9. Turpe sequi casum & fortune cedĕ
amicum. Et nisi sit felix puto esse negare suum. Vnde
ipse Ouidius in exilio positus lib° de tristibus amicis
suis dicebat. Vix duo tres vemihi de tot superstis ami
ci. Cetera fortune non mea fuit turba. Illud amicicie
sanctum & venerabile nomen. Ne tibi sub pedibus ia
ceat donec eris q; felix. Tempora si fuerint nubila sol9
eris. Et petronius. Cum fortuna manet vultũ seruã
bis amici. Cumq; ceciderit turpi verticis ora fugant
O qualis amicicia: reuera ficta est. Nam teste Catho
ne. Vna dies qualis fuerit monstrabit amicus. Proh
dolor tamen ut dicit Mathe9 in li° Thobie. Fluctuat
ad sensum venalis amicus egenum. Ne verus resonet
nec fabricatus amor. Et Marcialis coquus. Hic quem
mensa tibi tua preponit amicum. Aprum amat & mu
los terrestria: non te. Quĕ bene si tenerem noster ami
cus erit. Tales enim amici sunt empticii: sermonibus
enim tantũmodo coniunguntur: mĕte vero uel factis
minime adherent. Vnde Tibullus li° ii. Ne vos decipi
ant pendencia brachia collo. Ne capiat blanda sordida

h3

ligua prece Quia scilicet a talibus est cauendum. Vnde Sedulius in carmine pascali li° v. Traditor ĩmittit idest non mittit fert ꝓditor impius latro. Quod sono simulat & amica fraude salutat. Heu q̃les quam ficti amici: nam presentibus fauent: & post tergum insidiantur. Vnde Oracius li° sermonum Absentem qui rodit amicum presentem autem defendit alio culpante. Hunc tu romane sedule caueto. Nam cauẽdi sunt qui nec secretum tenere sciunt: nec assistere volunt. Consilium itaq; est ut quis discedat ab amicicia illoꝝ: quoꝝ finis racione intentus non est. Vnde Tul' li° de amicicia. Precipiendum est bonis vti: si qui inpuorum amicicias ignoranter inciderint ne existiment ita se alligatos ut ab amicis in rep. peccantibus non discedant quia nulla tenenda est amicicia que recto non coniungitur fini. Omnium autem finis deus est: gracia cuiꝰ cetera debent amari

Capitulum ix. de correccione caritatiua

On est amicus qui peccantẽ amicum non corrigit Amicicia enim in cristo esse debet: sed in cristo non est si peccata libenter permittit Vnde Catho Cumq; mones aliquẽ nec se velit ille monere. Si tibi sit carus noli desi. cep. Quod nosci factũ non recte: noli tacere. Ne videare malos imitari velle tacendo Vulnera dum sanas dolor ẽ medicina doloris Quia teste Oracio in epistolis. Et neglecta solent incendia sumere vires: quia scilicet peccata non correcta defacili crescunt. Ideo Tul' li° de amicicia. Monendi inquit sunt sepe amici & obiurgandi: sic tamen q̃ monicio acerbitate: & obiurgacõ cõtumelia careat: & túc beniuole fiant. Verumtamẽ mos est hodie plurimum corrigi nolle Ipsis enim veritas est odium. Iuxta illud There. Obsequũ amicos veritas odiũ parit. Et subdit maxima autem culpa in eo est: qui fraudem querit & qui veritatem aspernit. Vnde Salustius in Iugurtino

Odium querere extreme demẽcie est Illi vero odium querũt qui veritate audita correcciõis caritatiue sub cõtextu ĩpacienter audiunt. Nec reputant amorẽ nisi eciam alius faueat illicite voluptati. Verũtamẽ qui fidelis est a correccione caritatiua non desistat. Iuxta illud Senec̃ ii de clemencia. Malo eorrigendo offendẽ quam adulando placere. Verumtamen frequẽter correccio caritatiua ab amicis pretermittit̃: atq; de aliis minime curam habent. Dicunt enim in cordibus suis. Quid mihi quid alii agunt. Iuxta illud Theren. ut qd aliena cures que ad te non pertinẽt. Alii vero corrigẽ ꝑtermittunt: eo ꝙ eorum amici suscipere correccionẽ recusant: sed minime recusare debẽt. Omni enim tempore correccõ beniuola bona ẽ Tunc enĩ beniuola dicit̃ quãdo asperitati aliqua dulcedo miscet̃. Vnde ĩ ꝓuersapientum dicit̃. Obiurgacioni semper aliquid admisceas blandiciei ꝫelumq; dei conmemores & in te peccãtibus miserearis. Sed plurimorũ aures clause sunt & veritatem ab amicis audire nequiunt vtinam attenderẽt illud Senec̃ epl̃a xxii ad lucil. Mutua emendanda sunt vicia: nec amo illum si proficere non curat. Malo inquit mihi successum quam fidem abesse Ideo Tuli9 in oracione ad Procellum Ammoneo te ut a rerũ t̃pitudine caueas: & ne in alterum dicas que cum dixeris dixisse erubescas. Sed quis audebit amicum aut aliũ redarguere. Nã mũdi tãta supbia ẽ: ut null9 redargui velit: non solum priuatim aut personaliter: quinimo ea que publice dicunt̃ in obprobrium delictorum: plures male accipiũt & pro se ipsis dici paralogisant. Contra quos Plaut9 in aulularia. Nemo inquit sibi met arbitretur dicere qđ nos dicimus populo neq; sibi met causam constituet: quasi ex ioco Aduertãt autem alios q corrigere petunt ne corrigendo ea tangant que nouerunt corrigi non posse. Obstinatis enim predicari non prodest. Fortassis enim eorum peccata crescũt eo per

acto quo commemorantur: & peccandi voluntas ex reprehensione frequēter illis accrescit Iuxta illud Ouidii li° de ponto. Vulneris id genus est ꝙ cum sanabile non sit: non contractari tutius esse puto curādo Fieri quedam mnora videmus vulnera que melius non tetigisse fuisset. Vnde idem li° ii de tristibus. Eripit interdum: modo dat medicina dolorem. Itaq; correccio non in omni tempore prodest: sed persona & mensura conmēsuranda est & considerāda. Vbi tamē quis amicum sentit corrigere non desistat: etiam si moleste capiat quod ei dicitur. Durus enim animus assiduis correcionibus ad lacrimam inducitur quandoq; Ipsiusq; furia correccōis acerbitate moderāda est. Iuxta illud Ouidii lib° primo de remediis. Dum furor in cursu ē currēti cede furori. Difficiles aditus impetus omnis habet. Et subdit Impacients animus nec aduc tractabilis arte. Respuit atq; odio verba mouentis habet Et ideo sequitur Aggrediar melius tunc: cum sua vulnera tangi. Iam sinet & veri vocibus aptus erit. Cum deferit lacrimas animumq; impleuerit egrum. Ille dolō verbis & moderandus erit. Temporibus medicina valet data tempore prodest. Et data non apto tempore vina nocēt Itaq; alium corrigere cupiēs presertim amicum temporis oportunitatē querat & mediocrē acerbitatem obseruet: ne superbie signaculum aut rācoris maneriē continere videatur: sed pocius caritatiua & amicabilis perpendatur

Capitulum. x. de pietate

p Ietatem humanā suadet natura. Omnes enim homines vnius nature sunt Quamobrē penes omnes pietatis opera sunt exhibenda. Vnde Señ. in tieste. Nulla vis maior pietate vera est Quos cumq; enim verus amor tenuit hos pietas tenebit. q. d ꝙ hi alias non amāt nisi pietatis officio eos confoueāt Attendamus enim: quoniam qui pius est alis pietatē

pro se ipso ĩpetrat Vnde Vale li° v Humanitatis inqt
pulcedo: & infrenata barbarorũ ingenia penetrat: &
hostiũ oculos mollit: & ĩter districtos tirones placitũ
iter reperit. Nulla inqt acerbitate fortune: nullis sor
dibus precium pietatis erubescit. Vnde ibidẽ narrat
de muliere quadam: q̃ apud tribunal capitali crimine
damnata in carcere necanda tradita fuit: sed carceris
custos misericordia motꝰ non eã ꝓtinus strangulauit:
prefateq; mulieris filiam adire permisit: sic tamen ꝙ
nullus cibus ei adhiberetur. Transactis igitur pluribus
diebus mirabat carceris custos: cur mulier non more
retur Sed animaduertit ꝙ filia sua: suo vbere matrem
suscẽtabat. Que pietas cum iudicibus notuit prefate
mulieri veniã impetrauit. Similiscq; historia de q̃dam
alia filia legitur: que patrem seuissime custodie tradi
tum pariter gubernauit veniãq; sua pietas conformit
impetrauit. Nihil igitur ita propicius: ut delictorum
obtineatur venia: quã pietatis exercere opera: prout
caritas petit. Rursus idem Valerius ꝙ cum rex dari
us cõtra sitas impetum faceret: interrogauit an fugi
turi aut pugnaturi essent. Responderunt se nec vrbes
nec agrorum culturas habere pro quibus dimicarent
sed ad patrum monumẽta confugerẽt. Quo dicto bar
bara gens ab õni feritatis crimine se redemit. Prima
igitur & optima rerum natura pietatis magistra ẽ que
nullo vocis ministerio: nullo vsu literarũ indigens pro
priis viribus caritatem parentũ: liberoꝝ; peccatoribꝰ
infudit. Si enim quis loqui nesciat: nihilominus a na
tura pietatem doceẽ. Vnde Valerius vbi supra. Quis
enim plaustris vagus & siluarum latebris cõpora sua
tegentes: ad modumq; ferarum: lanicitu pecudum vi
uentes. Sic dario respõdere decuit. q. d. ꝙ natura do
cet pietatem inuenire non verbis sed operibus. Que
quidam natura filium Cresi loquendi usu deficiẽtem
ad protegẽdam patris vitam instruxit. Nempe inter

h5

omnes pietas esse debet & signanter si consaguinitas aut parentela habeat. Vnde Stacius in thebaidos lib° xviii. Prolis amor crudelia vincit pectora. Et Tul' in primo rethorice. Pietas est per quã saguine coniũctis patrieq; beniuolis: officium & diligens cultus tribuit. Vnde Petronius. O maxima rerum pietas hominum tutissima virtus: que scilicet pietas in hoste probatur vt inquit Ouidius iii de tristibus. His igitur attẽtis erubescãt fideles in quibus modica vel nulla pietas ẽ. Fortassis enim gentilium: prelibatã pietatem non imitantur: quia non solum pietatẽ negant his quibus inimicantur: sed eciam quibus amicari se iactant. Quod fecisse veteres tiranni non leguntur. Vnde narrat Valerius vbi supra. Cum quidam adolescẽs accẽsus esset amore cuiusdam filie tiranni: contigit q̃ si publice obvians: osculatus publice eam fuisset. Prefati igitur tiranni suadebat vxor vt capitali supplicio puniret. Cui tirannus Si eos inquit: qui nos amant interficim⁹ qd̃ his faciemus quibus odio sumus. Hec enim vxor ore tiranni audiens in hunc modum: filie tulit in iuriam. Rursus de eodem tiranno refert Valerius q̃ cum Crasippus amicus suus ĩ cena cum eo cõcitaret & iurgio ĩterueniẽte in eius faciẽ ɔspueret: vĩdictã nihilominꝰ accipere noluit cũ potuit: quinimo suos filios violata patris maiestate: subuenire cupiẽtes retraxit. Postea autem Crasippo se humiliãte in pristinum fedus amoris eum sibi reconciliauit. Ceterum idem Valerius de pirro rege refert: q̃ cum quosdam audiuisset in conuiuio tarentinorum turpia de ipso loquentes percũctari & perscrutari cepit a quibusdam qui ibi fuerant incõuinio: an talia de ipso dixissent. Qui respõderunt: nisi vinum nobis defecisset: que tibi relata sũt: puca vidẽtur respectu eorũ: que de te locuti eramus Quo dicto vrbana crapule excusacio veritatis q̃ simplex cõfessio iram regis conuertit in risum: suaq; pietate obtinuit:

vt tarentini sobrii gracias agerent: & in posterũ ebrii bene loquerentur Audiuimus igitur illud pietate adeptũ fuisse: quod crudelitas obtinere insolita est. Illi igitur se homines non dicant qui pietatẽ humanitati debitam non habent: nec debet putari magnitudo animi virtus sed crudelitas: vbi comes non fuerit pietas Vnde Tul' li° primo de offi. Porro animi magnitudo: remota pietate & cõiunccione humana feritas quedã & inhumanitas est. Et ibidem li° iii. Sicud quedã amputanẽ membrã si languere & spiritu carere ceperint ne noceãt ceteris partibus corporis. Sic in figura illa hominis feritas & inhumanitas a cõmuni humanitate & pietate segregarda est. Nam pietate condicio humana obseruatur: & indignatus homo mitigaẽ. Nam teste Oracio in epl'is. Nemo adeo ferus q non mitescẽ possit. His concluditur sermonibus caritatis opus pietatem esse: naturamq; pietatem querere

Capitulum xi. de pace & concordia

Aritatis filia pax est: nec mutuo cari sunt q
c concorditer non viuunt. Vnde Tul' Pblippica ii. nullum est armatorũ presidium: nisi beniuolencia & caritate circũseptũ sit. Nomen enim pacis dulce est: & ipsa res salutaris: nec est aliud quã trãquilla libertas: nec tamen est illa reputanda pax que vicijs consentit. Vnde Seneca lib° demoribus: pacem habeto cum hominibus: bellumq; cum vicijs. Et fulgẽcius li° ii mitologiarum. Sapiẽtes viri maiorem cum vicijs quam inimicis pũgnam gerunt. Nunqd igitur lamentandum occurrit: si plurimi se pacem habere dicant quorum voluntates consentanee sunt in malum. Quomodo ergo pax erit vbi princeps discordiarũ diabolus regnat: quomodo etiam pax est tecum si tua voluntas tue racioni contradicit. Si aliud vis & aliud te debere velle iudicas. In nullo enim scelere pax ẽ. Rursus & pacem habent: qui rem publicam prospè regere

petunt. Nam teste Salustio in Ingurtino. Concordia parue res crescunt: discordia maxime dilabuntur. Et varro in suis sentēciis Alit autem concordia mores & cohabitancium animos format. Sapiēter autem rempubli. non regunt: qui non nisi prelia querūt. Non sūt enim querenda prelia: nisi ut pax melior habeat. Qui autem bellant ut pacem habeant non discordiam: sed pacem querūt: qui si pacem haberent: vtq; non repūgnarent. Eorum igitur pugna via pacis est. Qui vero pugnant pace non intenta dissipatores cōmunitatum sunt. Vnde Tul. li° primo de offi. Quare inquit suscipiēda sunt bella: nisi ut in pace viuat: itaq; bellum suscipiatur: vt nihil aliud nisi pax haberi videatur. Vnde didimus ad Alexandrum. Nos bella non gerimus: sed pacē moribus non viribus cōfirmamus. Sola fortuna est aduersus quam sepe pugnamus & semper vinci mus. Itaq; non contra pacem: sed contra fortunā pūgnabat. Sic enim pugnanciū scilicet cōtra pacem pūa intencio est. Vnde merito & veterum mos vsq; ad presencia tempora habetur: vt in nullis pugnare liceat: nisi tractatus pacis precedat. Vnde tempus ante pūgnam prefigebatur: in qua pars vna alteram alloquitur Si autem pax haberi non possit: prelium sequebatur. Si qui autē ad huiusmodi tractum flectere noluerint arbitrando se omnia posse obtinere: nimirum si casus cōtingat illis. Vnde Iulius cesus in li. de bello gallico ipsius Cesaris li° iii. Inter duos inqt bellātes: hoc vnū tempus de pace agendum est: dum sibi vterq; confidit Qui si alteri paululum fortuna tribuerit: vix vtetur condicionibus pacis qui superior videtur: ne equa parte contemptus erit: qui omnia credit se habiturum. Et procul dubio qui pacē abnegat suo renunciare iuri recusareq; videtur Aliquando tamen vtiq; melius est iuris partem relinquere: quā sui occasione animas perdere: quia pace nihil melius est. Vnde prosper li. epig.

Moribus in sanctis pulcra est concordia pacis. Spernuntur mundi pre'ia pace dei. Et Lucanus libro pri° Heu miseri qui belli gerũt. Et subdit Impia & eternã ruperunt secula pacem. Et idem libro ii. Minima rerũ discordia turbat pace summa tenentẽ. Et libro x. Nulla fides pietasq; viris qui castra secunt̃. Venalesq; manus ĩphas vbi maxima merces. Quia scilicet plures reputant illud esse licitum quod est lubricundũ. Absit igit̃ discordia queq; a nobis. Quia teste Cathone. Ira odiũ paritzc̃ Et prudenci9. Pax plenũ virtutis opus pax summa laborum. Nil placitum est deo sine pace: nec mun9 ad arã Et subdit Omnia ꝑpetit̃ paciẽs atq; cuncta tenet a deo. Nunquid lesa dolet cuncta de fen sacula donat. Ex qnibus apparet ꝙ vir paciẽs est pacificus: viri eciã pacifici munera deo placẽt: sed litigaꝝ nunquam

Ca. xii. de vero & ficto amore

Ileccio ficta vel decipere querit vel saltẽ obsequio non intẽdit. Quicũq; fuerit fictus amor ꝓdicõe suspect9 est: absit igit̃ talis: sed verus amor assistit: quia singula verus amor iũgit: offensas mutuas cauet: obsequia q̃ ĩpendere facit Vnde virgi. in bucoli. Omnia vincit amor & nos tendamus amori Et idem de amore loquẽs li° iiii Eneiid̃ ait Improba non moralia pectora cogis. Et Ouidius in epl'is. Res ẽ sol liciti plena timoris amor. Credula res amor ẽ auribꝰ ĩterdũ voces captamus. Nẽpe qui amat solicitudine placet. Et nocere timet protegere eciam querit. Vnde Ouidi9 in li sine titulo Felix qui qd̃ amat defendere fortiter audet. Quod tamen amor improbus non audet: vt ponit Ouidius libro de fastis. Pauci deũ tamen amare sciũt. Quoniam amare & sapere vix a deo conceduntur: vt ex prouerbiis sapientum coligit̃. Plures etenim ideo amant quia precium ex amore sperãt Tales autem non hominem sed eius munus diligunt. Quia vt ponit Ouidius li° preallegato. Non querit ꝑ

cium vitam qui debet amare. Et prosper libro epigra
Ancipitis vite quauis si superare labores. Dilige qđ
vet9 amator semper habet Quia scz hō debet cōtētari
de eo qđ amic9: habet nec debz p̄termitti amor si mu
nerum copia desit. Vnde teste Sidonio in suis epl̄is li
quinto. Perfecta dileccio: non tantum debet recolere
officiorum merita sed & volūtatum quantitatē: quia
scilicet perfecta dileccio beneficiorum quātitatem nō
ponderat: sed voluntate contentatur. Nam teste Ma
theo in Tobia. Gracia dum nubit nature tunc fructus
amoris plenior est. Nullus enim melior amor est: quā
ille cui9 radix cupiditas nō ē: sed gracia que in cristo
terminat̄. Vnde Sedulius Forcia vincula dedit pecca
ti seua potestas. Dilectis amor cristi forciora vincula
dedit. Sed procul dubio quamq̄ teste philosopho om
nia bonum appetunt: plurimoꝝ tamen inest non cristo
sed viciis amor. Nam in quibus nutriti sunt hec dili
gunt homines. Si habeant igitur mali quod diligunt
abuntur amato. Si autem careant: tunc viciorum flā
ma grādiori escuat amore. Vnde & qui pauperes quā
doq̄ sunt impacientes redduntur zc̄ Et sic eciā patet
de incontinentibus qui feruēciori amore licet prauo
anhelant. Vnde Ouidius li° iii de arte amandi: mora
semper amātes īcitat. Et libro iiii methamorphosios
Tempore crenit amor quo magis tegitur ipse. Nanq̄
tectus magis estuat ignis. Et ibidem libro vi. Nec ca
piunt inclusas pectore flammas. Iste est mūdanorum
amor qui nō clarescē sed pallere facit. Iuxta illud Oui
libro primo de arte amandi: pallet omnis amans: hic ē
color aptus amanti. O vtinam a cordibus iste recedat
amor: allicit sed inficit: primo placet tādem displicet
Magno labore vendicat̄: & cum exiguo gaudio possi
detur. Talis enim est terrenorum amor: quorum q̄to
quis fit maior possessor: tanto iugiter diminuit̄ amor
Discat igitur fidelis bona spiritualia vere adamare:

in quibus dum speranē & non habentur est plenitudo desideriorum: & cum possidentur est amplitudo gaudiorum. Rursus discant homines mutuo se amare sc3 in cristo: alius enī amor cito deperit Experimur enim tot in seculo se predicare amicos: inter quos sola ficcio est: quia eorum amor non in cristo sed in vanitate est Amor autem vanus semper est fictus & more vanitatis mox decidere solet. Hoc enim amore: liberi plures suos diligunt parentes: quorū mortem fictis lacrimis plangunt: sed mente eorum: diuturniorem vitam non cupiunt. De quibus Senecē ad lu. epistola lxiii. Quis inquit hos estimat amicos qui negligentissime cū amicos habeant: in sermone lugent: nec amant quempiam nisi perdiderint. Ideoq; tunc effusius merent: quia verentur ne dubium sit: an amauerint. De ipsorum lacrima inquit Tul. Nihil lacrima cicius arescit. Et Iuuenalis libro v. Maiori tumultu planguntur nummi q̄ funera. Fingit in occasum summam deducere vestem Contentus vexare oculos humore coacto. Ploraē lacrimis amissa pecunia veris. Itaq; tales amici nō diligūt sed se diligere fingunt: nec lugent pro amico sed pro damno flere videnē: sed hoc faciūt non dolore sed volūtario more. Vnde Ouidius libro ii de remedio. Vt fleret oculos erudire suos. Et Galterus in alexandreidos li. sexto. Leuiter aduenīunt: leuiusq; recedūt: scilicet lacrime. Et subdit Impendūt lacrimas miseris arcētibus illis: quia scilicet tales se ipsos arcent & cogunt vt fleant. Vtinam tales se ipsos prius flerent: eo q̄ fingunt quod minime habēt. Vnde Oracius in poe. Si me vis flere dolendum est primum ipse tibi. Tristia mestum vultū verba docēt. Nam huiusmodi ploratores stultis feminabus comparantur. Vnde Catho. Femina dum plorat: hominem superare laborat. Audiuim9 igitur eorum reprobandū amorem: quorum fletus ꝓ amicis ficti sunt & apparentes. Sed eorum eciam reꝓband9

est amor: quorum ficta sũt gaudia. De quibus Tibu. Heu quam difficile est mutare gaudia falsa. Difficile est fingere tristi mente iocum. Non bene mendaci risus cõponiẽ ore. Non bene solicitis ebria verba sonant Vnde Sidonius in epl'is libro ii. Quasi quidam inquit barbarismus est morũ sermo iocũdus: & animus afflictus. Et Tul' primo de offi. Turpe est valdeq; viciosũ mẽte in re seua: delicatum ferre sermonẽ. Que omnia faciunt ficti amici in quibus nulla est veritas

Capitulum xiii. de adulacione

a Dulacio veritatis inimica est: & omnis adulator verbo vel nutu mentitur. Ideo veteres sapiẽtes non solũ adulari sed eciam adulatores nuncupari timuerũt. Vnde Tul' in ii rethorice. Nolo esse laudator: ne videar adulator Et Socrates: presentem minime laudare decet: nam adulator est diabolꝰ blandus. & sireni mortifere cõperatur. Nam blandiẽ auribus & interitum querit. Vnde Seneca li° viii. de naturalibus questionibꝰ Adulatoribus latus non prebeas. Sunt enim artifices ad captandos superiores. Hoc enim habẽt adulacionũ blandicie q̃ eciã cum reciuntur placent. Et ad id iam demencie venimus: vt qui parce adulaẽ pro maligno sumatur. Ipse enim Señ adulari respuebat: ipso dicente libro ii de clemencia. Malo inquit veris offendere: quam adulando placere Raro enim hec simul contingũt vt eadem vox sit dulcis & solida. Teste ipso Sene. ibidẽ libro iii. Qui igiẽ sapiens est adulatoribus minime credat: fictis enim sermonibus venantur homines: sicut pretextu pabuli hamo capiunẽ pisces. Vnde Petroniꝰ: adulatores ficti cum cenas diuitũ capiunt prius nihil pocius medicantur quam id quod gratissimũ auditoribus putãt fore Vnde Sidonius in epl'is libro iii. Sectator epularum laudabilem profert sentenciam: non de bene viuente: sed de bene pascente. Tales enim cum aliquid volunt

prius laudant postmodum postulant. Vnde Varro in suis sentenciis Adulacionis species est: cum laus postulacionem precedit. O vtinã tales ficti adulatores non essent: nam errores in principibus generant: suoq; veneno suaui: aspidis more dormitando tangunt. Habet enim venenũ oracio blanda: quo veneno pasci Diogenes recusauit. Vnde narrat Valerius maximus q; diogeni olera lauanti Arissippus dixit: si dionisio adulari velles: ita non esses Cui diogenes: si tu ita velles dionisio adulari: non curares. Rursus pħus quidam dict9 Spẽsippus qui fuit nepos Platonis ex sorore adulatores contempsisse legitur. Vnde cuidam adulanti sic dicebat: nihil proficis: cum te intelligã. Et merito. Quoniam teste prudencio: latitat lupus ore cruento: lacteolam mentitus ouem sub fellere molli. Nempe quicq; adulatores dicunt: decipere nihilominus semper intendunt: quorũ impia verbositas in peccatis detinet multos. Vnde prosper lib° epig̃. lĩgua assentatrix vicium peccantis acerbat: & delectatum crimine laude ligat viam. Mirum igit̃ cur sapiens talibus mendaciis siue mendacibus credat. Sed mirabili9 si quis ex laude sue turpitudinis gloriam accipiat: quod faciunt isti sicud qui de peccatis gloriant̃. De quibus propheta. Quid gloriaris in malicia qui potẽs es iniq̃tate. Horum enĩ gloria nimis vana est. Bonus igitur si fueris pro mercede adulatorum: mẽdacia ne suscipias Si autẽ peccaueris tibi adulatori non credas Absit vt alieno sermoni plusquam consciencie tue credas: dicente Cathone Plus aliis de te quam tu tibi credere noli. Cuiuscũq; igitur gradus existeris: adulatorẽ respuas. Vnde Se libro de quatuor virtutib9. Tam inquit tibi triste sit laudari a turpibus quam vt lauderis ob turpia. Difficilimũ tamẽ opus est assentaciones adulatorũ cõtinue repellere: quorum sermones animum quadam voluntate resoluunt: nulliusq; per assentacionem amiciciam.

merearis: nec aliũ tuam obtinere sinas. Et subdit nõn acerba sed verba blanda timeas. His tamẽ diebus adulatores promouenẽ. Licet Policratus libro iii ca primo dicat: q̃ omnis adulator virtutis inimicus est: licet similitudinem habet: tamen fraudẽ & prodicionẽ semp intendit. Cur igitur diligenter tales & veraces odio habentur: vtinam adulatorum cõsorcia tanq̃ venenosa vitarentur exemplo vlixis. De quo refert Senecẽ ep̃. quinq̃gesima quarta q̃ claudebat aures sirenibꝰ: quibus adulatores intelligunẽ. Ideo idẽ Senecẽ ep̃. xliii. Venit inquit ad me pro amico blandus inimicus scilicꝫ adulatorum Adulacio autem ipsum cui fit infatuat: vt dicit idem epistola lxii. Quo igitẽ abiit magnatum sapiẽcia Vocibus enim adulatorum infatuati sunt: Si autem sapientes existerent: adulatorum oleo non impinguerentur. Vnde propheta. Oleum peccatoris nõ impinguat caput meũ. Super quo verbo dicit Augus Lingua adulatoris alligat homines in peccatis. Quã obrem Policratus libro iii ca xiii. Augusto loquens dicebat. Si deceptores istos idest adulatores extermina ueris. Deos te precellere non putabis. Nam adulatores suis mẽdacis: homines mortales deificãt. Hi sũt enim scorpiones facie blandientes: cauda percuciẽtes vt inquit Ieronimus epistola lxxxiiii. Absit igitẽ illud Ezechielis iiii. tibi merito posse dici Cum scorpionibꝰ habitas. Super quo verbo dicit Gregori. libro primo Omelia ix Adulator tanquam Scorpio palpando incedit: sed cauda ferit. Et sicut Apes mel i ore gerit: sed pungere querit. Et idem Grego. iiii moralium Adulatores lactant illos quos laudãt. Sed attende quid sapiens puer. primo dicat. Si te lactauerint peccatores nec acquiescas eis. Vnde Ysa. iii Populeq̃ te beatum dicunt te seducũt Super quo Ieronimus Adulatores inquit lactant illos quos laudãt & sunt hostes & scintille dyaboli: & propinant pocula mortis. Qua prop

ger Alexander nequam in libro de naturis rerum: adu
lacionem vocat venenum: melle mixtum. Hi tamẽ ser
monibus placẽt: quia blãdicias licet mẽdosas exhibet

Capitulum xiiii. de hospitalitate

Aritas exigit vt fratrem & proximũ in hospi
e cio suscipiamus. Nam Abrahã hospitalitatis
amator extitit. Vnde tres angelos quos cre
debat homines benigne suscepit. Quamobrẽ meritis
quam plurimis apud deum claruit. Attẽdamus enim
quomodo animalia irracionalia hospitalitatem habẽt:
prout ait Ambro. in suo exameron libro ii. Discant in
quit homines hospitalia seruare iura: & ex auibus cõ
gnoscãt quid hospitibus sit obseqi deputandũ. Vnde
idem refert qualiter cornices ciconias sibi inimicas in
hospicio suo recipiunt. Et ideo cristianis loquẽs dicit
homines hospitibus ianuass claudũt: quibus aues ani
mas suas offerunt. Insuper narrat Policratus lib° viii
ca. xiii q̃ infideles eciam proprios inimicos & hostes
secundum legem eorum in hospicio recipere consueue
runt. Eciam apud eos lex habebatur quisquis hospiti
negabat hospicium: eciam vsq̃ ad quartum diem in fa
mis erat: esto eciam q̃ hostis esset regionis aut ciuita
tis. Si tamen vltra quatuor dies detinebat quis hospi
tem: crimen incurrebat si tamen hospes inimicus erat
Ceterũ libro vii eclesiastice historie ca. xxviii narrat
quomodo sacerdos qui erat custos idolorũ & inimicꝰ
religionis cristiane: nihilominus Gregoriũ epl'm g̃tis
suscepit qui cum a sacerdote illo recessit: sacerdos mo
re solito accedens idolum: responsa peciit: sed illud nõ
respondit. Accidit tamen vt denocte demon sibi reue
laret: qualiter Gregorius episcopus ipsum de templo
ciecerat: nec ingredi audebat: nisi Gregorius eũ licen
ciaret. Sed tunc sacerdos ad eundem episcopum acce
dens supplicabat vt propter hospitalitatem damnum
non incurreret. Petebat igitur vt idolum suum loque

retur sicut prius. Et tunc Grego. episcopus epl'am in
hec verba scripsit Appollini similiq; dyabolo. Permitto
tibi ad tuum locum redire: eciã agere que consueuisti
Quam epistolam detulit sacerdos illo: & tunc idolum
ĩmediate demane sicut prius loquebatur. Quod vdẽs
sacerdos cogitauit quomodo Grego. suo idolo forcior
erat: atq; imperabat. Relictis igit idolis ad Gregori.
concurrit: & baptizatus in fide tantum profecit q̃ in
episcopatu sibi succedere meruit. Ecce q̃ bona hospi-
talitas que hospiti salutem ministrabat. Qua propter
Tul' libro ii de beneficiis ca. ii. Recte inquit laudãda
est hospitalitas: quia valde est decorũ domos hominũ
patere hominibus. Vnde narrat ibidem de quodam q̃
Simõ dicebatur: q̃ hospitalitatem maxime amauit &
suis subditis imperauit vt hospitibus de omnib⁹ pui
derent Et Grego. libro ii Omelia iii dicit q̃ non solũ
sunt inuitandi sed trahendi Vnde Cassianus libro v.
collacionem narrat de quodam: qui si per quinq; dies
hospites non habebat: tunc refeccionem suam defere-
bat sabato ad ecclesiam diligenterq; inquirebat an ibi
essent aliqui peregrini: & pietate mot⁹ humana hospi
tibus prouidebat. Ideo prima pe. iiii. dicitur hospita-
mini inuicem sine murmuracione. Vnde Seneca libro
iiii de beneficiis ca xxviii de quodã milite narrat qui
cum benigne fuisset suscept⁹ in hospicio cuiusdã fere
xxx diebus: tũc recessit dicens: faciã tibi graciã si me
contingat videre dominũ meum. Cum igitur perue-
nisset ad Philippũ regẽ macedonũ petiit sibi dari pre
dia sui hospitis q̃ sibi placuerãt: & suũ hospitẽ expulit
Cũq; tũ regi narrata fuisset militis ingratitudo ꝓdia
iussit restitui pori hospiti. Amãda ẽ igit hospitalitas
q̃ tãta beneficia confert. Vnde Augu. epistola lxxvii
Omnes inquit sunt recipiendi ne boni excludantur
Tractatus tercius libri secundi de virtutibus cardina
ibus Cuius primum capitulum est de vera iusticia

Vſticiã ſibi fieri qui petit: iuſticie debet ama
i tor fore: vt ſcilicet vnicuiq; quod ſuũ eſt red-
dat. Iuxta illud Ambro. Iuſticia eſt que ſuum
cuiq; reddit: alienũ non vẽdicat: vtilitatẽ ꝓpriã negli
git equitatẽq; cuſtodit cõmunẽ Et iuſticia rectiſſime
cardinalis dicitur quia circa illã omnes alie verſantur
Nec tamen iuſticia valet in eo qui timet: racione cui9
timoris iuſticiã facere nõ audet. Vnde Tul' lib° iide
offi. Nemo iuſtus eſſe pot' eſt: qui mortem: qui dolorẽ
qui egeſtatem timet: aut qui contraria equitati ante-
ponit. Nempe iuſticia eſt vna omnium domina & re-
gina virtutum: vt ponit idem Tul' libro iii. Fortaſſis
iuſticiam facere multi recuſant: quia minas vel mune
ra ſenciunt: ibi etenim inſtinctum nature ſubuertunt.
Quia teſte Tul' libro de legibus: nihil preſtancius q̃
intelligi nos ad iuſticiam eſſe natos: nõ enim opinione
ſed natura ius eſt inſtitutũ. Vnde Sene. libro de qua
tuor virtutibus. Iuſticia eſt nature tacita conuencio
Impii igitur verentur illos in quorũ manibus iuſticia
poſita eſt. Eodem tamen pacto quo iuſticiam deſerũt
naturam ꝓpriam & alienam offendũt: eo q̃ ius proxi
mis non impendunt. Vnde Iuſtinianus libro primo in
ſtitucionum Iuſticicia eſt conſtans voluntas ius ſuum
vnicuiq; tribuens. Et hugo Opus iuſticie eſt motus
mentis racionalis que ſecũdum deum incedit a cordis
concepcione ſurgẽs: & foras vſq; ad accionẽ corpalem
procedens Abſit igitur vt quis pro munere iuſticiam
ſubuertat. Quia teſte Tul' lib° preallegato de legib9
Iuſticia eſt obtemporacio legibus ſcriptis inſtitutiſq;
populorum. Et ſubdit. Id ipſum autem iuſtiſſimũ eſt
iuſticie mercedem non querere. Qui enim pro iuſticia
mercedẽ querit: iuſtus non eſt: eo q̃ ſtateram ſuis mu
neribus ad alteram partem trahere facit. Omẽs autẽ
quo ad iuſticiam equales ſimus Abſit igitur vt ꝓpria
comoditate quis ſeduc9: iiuſticiã alteri faciat. Vnde

ciunt maxime clamitant. & vbi veritatis clarū habēt
testimoniū minime contentant̄. nisi impetuosus inter
ueniat clamor. Vtinā attēderent illud Xenofon philo
sophi dicētis. Ego cōsciēcia teste didici maledicta cō
temnere. Reuera cōtencio omne malum aggrauat. et
si pro bono fiat. ipsū tamē bonum in malum cōmutat
Vnde Seneca ep̄. prima ad Lu. Cum fatuo inquit de
lectari nolo. Non enī longe mihi querendū. me enī ip
sum video. ideo plures cōtenciosi sunt. quia singulos
reprehēsibiles putant. & omnes deridēdos estimant.
eaq; solū bene dicta arbitrant̄ que proferūt ipsi. Si tñ
suos defectus cōspicerent: obiurgari non quererent.
Vnde Iuuenalis li. p̄mo. Loripedem rectus deridet:
ethiopem albus. quasi dicer&. q̄ aliū deridere non ha
bet qui vicia gerit. Ceteꝝ nō sufficit multis cōtencio
nibus & derisionibꝫ pacem maculare quinimo anathe
mate maledictionibꝫq; pluribus alios infestant. quoꝝ
tanta est procacitas: q̄ non nisi malum aliis affectant.
Dicunt enī illud Oui. li. p̄mo sine titulo. Di tibi dēt
lōgas iemes perpetuāq; sitim. Et illud Oui. in ibin.
Terra tibi fruges: amnis tibi deneg& vndas. Dene-
get afflatus ventus & aura suos. Nec tibi sol calidus
nec sit tibi lucida phebe. Destituāt oculos sidera cla-
ra tuos. Nec tibi vulcan9 nec se prebeat tibi aer. Nec
tibi det tellus nec tibi pontus iter. Exul inops erres:

alienaq; limina lustres. Exiguumq; petas ore tremente cibũ. Nec corpus querulo nec mens vacet egra dolore. Noxq; die grauior sit tibi nocte dies. Siscq; miser semper: nec sis miserabilis vlli. Gaudeat aduersis vir: feminaq; tuis. Qui mala cũ tuleris plurima atq; feras Causaq; non desit: desit tibi copia mortis. Optatamq; fugiat vita cobarta necem. His etenĩ verbis maledicionibusq; cõsimilibus stulti litigant. iram concitant. & quietem mẽtis subuertunt. quoꝝ cõtemnendus est sermo. rixaq; spernenda. Iuxta illud Varronis in suis sentẽciis. Cõtemnendi sũt ineruditoꝝ cõtemptus: si vis ad summa progredi.

Capitulum. x. de abstinencia & sobrietate.

Ictus modestus bonestatẽ corporis sanitatẽq; atq; mentis prosperitatẽ cõseruat. Vnde Seli. de quatuor vir. Ede citra cruditatem. bibe citra ebrietatẽ victus tibi sit ex facili. nec ad voluptatem: sed ad cibum accedere: palatum tuum fames excitet non sapores desiderio paruo redime scilicꝫ modico cibo vel potu. quia hoc tantũ curare debes ut desinet Ideo Therẽcius in andreidos. Arbitror inquit ĩ vita vtile esse ut edax vllus sit. Et Ibero9 contra Louinianũ. Galienus inquit doctissimus Ipocratis interpres athletas quoꝝ vita est ars sagenaq; dicit in exhoõtacione medicine. nec viuere posse diu: nec sanos esse animasq; eoꝝ ita nimio sanguine: & adipibꝰ inuolutas nihil tenue: nibil celeste ornant, sed semper de carnibus et victu & veneris ingluuie solicitanẽ cogitare. Absit igitẽ a viro sapiente crapula. Nam veteres cum parsimonia vixisse legunẽ. Vnde Socrates sole occidẽte cõuiuium cogitato. Ipse enĩ Socrates temperatissimus extitit. & vnica refectione serotina cõtentabatẽ. Ipsinsq; temperãciam cõmendat Agellius libro ꝗmo. Plurimoꝝ tamẽ exorbitãt iudicia. Suam enĩ gulã pretextu vite excusant. Dicunt enim viuere oportere. q

verum est. sed castrimergie voluptas nõ est via ad vitam. sed dissipacio nature est. Vnde Boe. li. ii. de cõ. Paucis minimisq; natura contenta est. cuius societatẽ si superfluus vrgere velis: aut in iocundum: aut ĩ ocium vertetur. Itaq; nil congruencius viro sapiẽti & iusto quã sobrietas. dicente Ouidio ĩ epistolis. Est virtus placidis abstinuisse cibis. Nec cõqueraris si te facit abstinencia fragilem. Nam fragilitas moderata se pius nutrix est virtutum. Iuxta illud Valerii libro. ii Quasi mater quedã valitudinis est fragilitas. Ne igitur timeas per abstinenciam fragilis fieri si moderata fuerit. Tunc enĩ viciis alimenta tollis: quãdo inepta fercula atq; pocula rennuis. Ideo Seneca li. de moribus. Abstinẽcia inquit est summa medicina. Et Valerius libro. ii. Fuit inquit antiquorum simplicitas in cibo capiendo humanitas simul & continencie iudex certissima. Itaq; per cibi simplicitatem obtinuerũt vt eorũ humanitas cũ continẽcia esset. Et subdit Maximis ĩquit viris prãdere & cenare ĩ propatulo erat verecundie: quia nec epulas habebant quas oculis populi subicere erubescerent: vini eciã vsus olim Romanis feminis ignotus fuit: ne in aliquod dedecus plaberẽt. Et Agellius li. i. Parsimonia inqt apud veteres Romanos: & victus atq; cenarum tenuitas non solum domestica obseruacione ac disciplina: sed eciam publica animaduersione legum custodita est. Vnde didimus ad Allexandrũ. Gens inquit Pragmanoꝝ pura & simplici vita viuit: nullis rerum capit illecebris: nihil appetit amplius: q̃ racõ nature flagitat Facil inquit alimonia nobis luxurie sagittas non perquirit: sed tanq; tellus ferro laborata proferat alimoniam. Hanc nostris mensis apponimus. Et hinc est q̃ nulla genera mõborum scimus: sed diuturna salute perfruimur. Medicine inquit remedium nobis parsimonia est que nõ solũ illapsos potest curare dolores: sed eciam procurare ne

veniant. His igitur verbis atq; exēplis clare apparet maxime vtilitatis fore sobrietatē; qua corporis & mē tis prosperitas roboratur: qua mediante veteres sani tate atq; virtutibus floruerūt. Illos tamē sobrios aut abstinentes non credimus quibus mos est aquā bibere; panem grossum cōmedere; nisi ex his contentanē. Nam tunc vere abstinens esses quando in parsimonia vita non molestaris: sed delectaris. Nullū enī coactū virtus est. Vnde Seneca ad Lucillum. Non ē inquit iocunda res aqua & polenta aut frustum ordeacii panis. Sed summa voluptas est posse capere eciā ex his voluptatem: & ad id se duxisse; quod eripere nulla fō tune equitas possit q.d.q virus abstinencie tūc sūma est q quando quis abstinet: abstinendo delectatē. Idē Gamfredus in poe.dicit. Quando te reficis dapibus non sis ita plenus vt nihil apponi queat. Et subdit: nō quantum possit: sed quantū prosit. Et magister Zeiso. Vis ne inqt coronari: vis deliciis saturari istud tibi presto dictū breue. Sobrius esto: nam qui sobrius nō est: sed pocius edax: brutis cōparatē. Et sic corpore & non mente pascitur. Vnde Ouidius libro.i.de ar.a. Certa tibi dabitur a nobis mensura bibendi: Officiū prestant mensq; suum fouet. Reuera sobrietatem ī se amare habet in aliis qui querit petūt enī oēs prēs filios sobrios: & vxores fore abstinentes. Nunquit igitē vita tenui cōtentari debēt: ex quo eam desiderāt his quos amāt Nam Priamides Elenam rapuit speciosissimam. Sed eam odio habuisset: si auide comedentem prospexisset. Quia scilicet omnes sobrietatem in suis vxoribus petūt. Vnde Ouidius libro.iii.de ar.a. Capere cibos digitis est quidam gestus amandi. Priamides Elenam auide se spectet edētem: oderit & dicat stulta rapina mea est. Veruntamē vt frequencius gula impat multis ebrietatiq; plurimi intendunt: quibꝰ nulla dies leta videtur in qua non crapulanē. Vtinam

attenderent illud Tibulli li.ii. Mixtaq; lieo sobria li
pha meo. Et Lucanus: Discite quam paruo liceat pro
ducere vitam. Et quantum natura petat: non exigit
egros. Quia scilicet edēdum est citra saturitatem: &
signanter si quis fuerit eger scilicet viciis: aliquibus
infirmitatibus deditus. Quinimmo eciam viris studi
osis vita sobria maxime appetit. Vnde Eunodius Li
bertas semper studiis reseratur honestis. Nulla fides
letis integra nec dubiis āplectiē sanctas: q̄ dant bona
semina fraudes: post culpas anime sūt holocausta dei.

Capitulum. xi. de Ebrietate.

e Brietas mentem ebetat & secreta reuelat: ge
stus deturpat: eloquium scandalisat: nūc leti
ciam ineptam: nū clites generat: corporis vi
res exterminat. Cadere iubet: & bene agere ꝓhibet:
requiem impedit: sensus alienat: obliuionem inducit:
libidinem mouet: nauseam prouocat: visū minuit: mē
broq; tremorem causat & ab omni virtute hominē de
stituit: precipue continuata si fuerit. Vnde Galterus
in allexandreidos li.i. Racionis vile sepulcrum ebrie
tas. Ob hoc Ouidius li.i. de ar. a. Vina parāt animos
faciuntq; coloribus aptos: Tūc veniunt risus tūc pau
per cornua sumit: Tunc dolor & cure rugaq; frontis
abii: Quia scilicet ebrietas sepe calorē & venustatem
extrinsicam ostendit: & lubricitatis deuia querit. Et
subdit: Iurgia precipue vino causata caueto: Et nimi
um faciles ad vera bella manꝰ. Ideo Ouidius li.ii. ibi
dem dicit. Qui canit arte canat: qui bibit arte bibat.
Quia teste eodem li.ii. de remediis: Vina parant ani
mos veneri si plurima sumis: Vt stupeant multo cor
da sepulta mero. His etenī verbis damna patent que
per ebrietatem generanē. Vnde Seneca ad Lucillum
epistola. lxxxiii. Nihil aliud est ebrietas quam volun
taria insania. Omne vicium intendit: & detegit: ve
recundiā remouet: verba dubia: oculos vinctos: gres

ſum errãtem: vertiginẽ capitis: & huiuſmodi cauſat
Nam ebrii ſero omnia promittunt: ſed mane obliuioſi
tradunt. Vnde Marcialis coquus: Omnia promittis
cum tota nocte bibiſti: Non faciunt quamquã pocula
noſtra rerum. Si enim per ebrietatem comoditas reſul
taret: ſi vini replecio corporis valitudinem augeret:
ebrietas fortaſſis excuſacionem haberet. Ipſa tñ om
nia incomoda infert nulliuſq; ſpeciem honeſtatis habz
Vnde Seneca libro. i. de naturalibus queſ. Iubes inqt
me cũ luxuria litigare: quotidianũ iſtud & ſine eſſec
tu iurgium eſt: litigemus tamen. Et ſubdit. Vbi inqt
eſt ebrietas continua: ibi corpus incaleſcit: nec ebrioſq;
ſitim extinguit. Eius enim ſitis nõ eſt naturalis ſed fe
bris: & cor eius luxuria coquit. Hi ergo quanto plus
ſaciari putant: tanto magis pocula poptãt: quia effre
natus eſt appetitus eoz & ſecluſus ab omni iugo raci
nis: cum quibus eciam litigare turpe nimium eſt: ex
quo racio minime dominatur eis. Vnde in prouer. ſa
pientum dicitur. q̃ abſentem ledit: qui cum ebrio liti
gat. Nam qui ebrius eſt: & licet ſit corpore preſens:
tamen non adeſt mẽte: quia uſu racionis caret: eiuſq;
mens abſens eſt: nec litiganti adeſt. Si igitur ſtultũ ẽ
litigare cum abſente: quod ergo ebrioſo petis inferre
Ipſius non ſunt ſermones quos profert: ſed crapulæ ſu
o veneno fauces & liguã deturpans: inexecrabilia ver
ba ſepius prorumpit: & leticiam quandam ſtulticiam
vanam & loquacitatem gignit. Vnde Simachus in
epiſtol. Leticia res loquax eſt atq; oſtẽtatrix ſui. Nã
ebrioſi cum ſuis crapulis letificati fuerint iactancias
emittunt: laudibus propriis intẽdunt: & quicquid p̃
ferunt ſtulticiam innuunt plurimoſq; ſapientes ad ig
nominiã ebrietas deduxit Ca. xii. de Gula

g Vla ſuperfluitas eſt. Omne autem ſuperfluũ
recuſandum eſt: alias enim corpori nocet. Gula
etenim ſua voluptate animũ allicit ad praua: &

more serpentino occulta venena sua diffundit. Iuxta illud Virgi. i bucco. Trahit sua quēq; voluptas. Et sequitur: Qui legitis flores & humi nascencia fraga: O pueri fugite hic latet aguis in herba: quia scilicet i vita delicata & gulosa vicia venenosa latitant Nempe i magna seu grandi cōmessacione vicia crescunt: & caro rebellionis sumit audaciā. Vnde Petrus riga Spiritus ad corpus victq; ab hoste redit: Virtutes anime sic princeps destruit armis. Et subdit ad propositum Cui pat cocus dans renouansq; cibos: Nā neq; quis poterit virtutis tangere culmen: Si dominetur ei ventris inimicus amor. Veruntā mūdi sequaces gule studio tantumodo vacant & conuiuiorum adinuēciones excogitant: ciborumq; varietatem student: & i fercu lorum abundanciis gloriantur. Hec autē omnia Diogenes philosophus spreuisse legitur: narrāte Valerio libro. iiii. Heu quid tibi si ventre repleto pigitrari incipias. Si enī commedere gloria tua est. Cur igitē tantum omedisti vt tibi desit gloria tua: cū edere āplius non possis. Reuera omessacio: turpis est gloria. Verū tamen qui in ea gloriantur: sua gulositate ea priuanē. Si enī sobrietatem non diligis: eo q; virtus sit: saltem sis sobrius vt omedere petas: & edēdo delecteris. Nā absq; desiderio manducare nulla conplacencia est. Discant igitur omessatores euitare gulam: vt eorum gloria licet inepta nō perdatur. Vtinam tamē abstinerēt non omessandi sed penitendi causa propter deum. Idē enī quod sine merito faceret in deum referēdo sibi p̄ficeret. Et fortassis illud onus abstiēndo nō inuenirēt quod omessendo reportant. Vnde Tulius. ii. retborice. Commedere inquit oportet vt viuas: nō viuere vt commedas. Sed proh dolor teste Seneca libro. vii. de naturalibus questionibus. Homines inquit nō sūt ad propinam dentibus & ventre & ore otenti: sed eciam oculis gule insistunt. Et idem Seneca ad Lucillū ep̄.

Ix. Thaurus inquit pauciſſimorum iugerum paſcua ſ
pletur & vna ſilua pluribus elephantibus ſufficit. Ho
mo vero & terre paſcitur & mari. Veruntamẽ fames
ventris hoc nõ facit. Si enĩ regularet quis vitam ſuã
delectabiliter modico cibo ꝓtemneretur. Cibozq; enim
varietas & delicacitas: ſepius opinione potius: quam
vera eſtimacione creditur. Nouiq; plurimi cibi mag
nis ſumtibus ꝓparati iubenẽ deportari: quibus tamẽ
accidit: vt eos poſtponãt ferculis quotidianis: quibus
vti ſoliti fuerũt. Vnde Quintilianꝰ libro. viii. In grũ
dibus cenis ſepe hoc nobis accidit: vt cum optimis ſa
ciati fuerimus. Varietas tamẽ ex vilioribus quãdoq;
nobis grata eſt Itaq; edacitas nõ ex neceſſitate & boĩ
tate: ſed pocius ferẽ voluptate. Vnde Luca. O prodi
ga rezq; luxuries nũquam paruo cõtẽta paſcu: Ambici
oſa fames & laute gloria mẽſe: Diſcite quam paruo li
ceat producere vitam. Et Eunodius: Tubera ꝑdices
grus turtur & tinus: Nõ explẽt vterum corpora mil
le tuum. q. d. q; guloſi ſaciari ñ poſſunt: cum tamẽ vẽ
ter humãꝰ modicus exiſtat. Ideo Marcialꝰ coquꝰ: Li
ber nõ potes & guloſus eſſe: Liber eris ceãre foris ſi
maxime velis: Begetanam tuã ſi donet vna ſitĩ. Que
verba nil aliud ſonãt: niſi q; vir guloſus ſeruus eſt &
ſubiectus caſtrimargie & auiditati: q̃ ſepius ꝓuenit
ex ꝓuiuiis forinſecis: quibus omnis regula violatur.
Ob hanc enĩ cauſam legimus Auguſtinum exẽ domũ
propriam ꝓuiuare noluiſſe. Nã teſte Petronio. Inge
nioſa gula eſt. Debet igitur homo ꝓtẽtari & id ſũme
re quod ꝓ vita ſatis ẽ. Vnde Bernĩ. ĩ microſmo. Eſſlu
it occidio: corpore totus homo: Sic ſibi deficiens pe
grinꝰ indiget eſcis: Sudat ĩ hec vitã denibilatq; dies
qa ſez transit homo vitã: dieſq; ſuos cum cibo mortali
quo vti habet. Magna igiẽ ineptitudo eſt cum epicu
ris ĩ ꝓmeſſacione gloriam conſtituere q̃ omne bonum
corporis & anime retardatur

Capitulum. xiii. de penitencia non deferenda.

Enitencia medicina est anime in remediũ pec
p catorum Quam graue est igiẽ infirmo medici
nam exspectare: tã onerosũ & magis est sapiẽ
ri aut esse debet: penitenciam delictis ꝓpiciam differ
ri. Vnde Seneca libro de moribus. Multos inquit vi
ram ducentes mors incerta preuenit. Omnes itaq; di
es veluti vltimus ordinandus est. Itaq; nulla dilacõ fa
ciẽda est. Et idem Señ. epistola. i. ad Lucillũ. Quic
quid etatis inquit retro est mors tenet. Stultum igi
tur est deferre illud: quod te postmodũ posse facere:
nescis. Et epistola. lxxi. Id agamus vt omne tẽpus nõ
strum sit: ac non erit nisi pri9 nostri esse ceperimus:
nihil tantundem habebimus. Et. v. libro de benefici
is: Quis extremo die audiat dicere: vixi: Et quod de
derat cursus fortuna peregi. Hoc enĩ dicere non pos
sunt qui penitere deferũt: qui bene agere ꝓcrastinãt
Tales enĩ non viuunt sed laguẽt. Quia teste Ouidio
libro de ponto: Nã genus mortis male viuere. O igiẽ
quam reprimenda est eorum stulticia: qui de die ĩ di
em se viuituros putant. Insipientibusq; dilacionib9 to
tam vitam absq; meritis terminãt. Quibus Marcialis
coquus ait: Cras te victurum: cras dicis post viuo sp:
Dic mihi cras istud post: post viuo quando venit. Et
subdit: Quasi lõge cras istud ubi ẽ: aut vnde petẽdũ.
Nunqd apud partos armenosq; latet: Cras istud quã
ti dic mihi posset emi. Et concludit: Non ẽ crede mi
hi sapiẽtis dicere viuam. Hec insapiencia hominum ẽ
q; in spe transsumit dies suos: & usq; ad senectutẽ abs
q; bonis moribus peruenerũt. Vnde Seneca epistola
xiii. ad Lucillum. Quid turpius quam senex viuens ĩ
sipiens Et epistola. xxiii. Quidam tunc viuere incipi
unt quando desinendum est. Et epistola. lxi. Ante se
nectutem curaui vt bene viuerem: vt ĩ illa bene mori
ar. Reuera prudentes hoc faciũt qui licet absq; bono

opere aut penitencia abire non permittũt: quod facere stulti negligunt. Vnde Possideus: Vnus inquit dies hominum eruditorũ plus valet: quam imperiti longissima tempora. Sed vnde plurimum gingnitur stulticia: ita ꝙ non certo tempore confidẽt. Hoc enĩ ideo accidit quia vel tanquam bruta sine mortis consideracione viuunt: aut vitam futurã nõ spernat: aut deũ iudicem ñ credũt: vel sua peccata grauia nõ putant: vel propter spem misericordie diuine ea nõ curãt. Quod tamen gentiles plurimi fecisse leguntur. Vnde Señ. ad Lucillum epistola. xxviii. Inicium inquit salutis ẽ noticia peccati. Nam qui se peccare nescit corrigi nõ vult. Ideo quantum potes teipsum argue scilicet per penitenciam. Quia teste eodem Seneca ĩ agamennõe Quem penitet peccasse bene innocens est. Vnde li. de moribus. Alteri semper ignoscito: tibiipsi nunquam quia scilicet vnusquisq; ꝑ delicto semper peniteri habet. Illum autem penitet cui verecundia delicti adest Vnde Socrates: Peccatum geminat quod non est pudibundũ. Ideo Ouidius ĩ epistolis: Erubui geminos pudor deiecit ocellos: Hic satis intacita signa fatẽtis erant. Et. ii. de tristibus: Heu mihi cur vidi cur noxia lumina feci. His aperte concluditur gẽtiles ꝑ suis delictis penituisse. Per amplius igitur gens pro criminibus penitere debet siue tenetur cristiana: cũ sit ex gracia obligacior: in lege celsior: in spe pocior: ĩ vocacione specialior. Assit igitur pro sceleribus penitẽcia vt sine dilacione euanescant. Vnde Sedulius libro i. Culpa fugit: cedũt lacrimis delicta fusis. Et Prosper libro epig̃. Conuerti nanq; ad deum certissima vita est. Et pacem offensi querere: sola salus. Qui terret parcit: qui percutit ipse medetur scꝫ ꝑ penitẽciã.

Capitulum. xiiii. de Liberalitate

Liberalitas vendicat amorẽ & hominẽ ad magnos promouet honores. Vnde liberalitatẽ de

ſcribit Didimus ad Alexandrum. Liberalitas eſt rei
communicacio neſciens pati diſpendium cum in altrū
pticipata transfunditur. Et ſicut ex vna face ſi lumi-
na plura ſuccendis nullum dammum ſequit. Sic nec
liberalitatis beneficiū incomodum affert. dicēte Boe
cio. ii. de conſolacione. Diuicie magis effundendo q̄
coaceruando nitent. Tunc enī preciosa eſt pecunia cū
tranſlata in alios largiendi uſu deſinit poſſideri: auari
cia ſemper odioſos claros largitas facit. Vnde Caſſio.
epiſtola. xviii. Libenter inquit omnibus prebeamus
aſſenſum quociens eſt vox iuſta poſcentium. Nec de
cet eſſe difficile beneficium quod non patitur largita
te decrementum. Hi tamen liberales putandi nō ſūt:
quorum largitas: & vt melius dicam expenſa immo-
derata eſt: ſed ſua prodigalitate aut fit cum recipro-
ca vtilitate. Vnde Seneca libro. i. de beneficiis. Con
mendat beneficium non ex quātitate muneris: ſed ex
voluntate bene facientis. Beneficium inquit eſt beni
uola actio ſpōtanea atq; gaudiosa: nec refert quid det
ſed qua mente. Et ſubdit. Magis inquit nos obligat
qui parua dedit magnifice & libenter: quam qui dan
do ſe accepturum putauit muneris ſui occaſione. Vn
de Varro in ſuis ſentenciis. Ex animo dātis cenſetur
munus magnum. Et ī prouer. ſapiētum dicitur. q̄ bis
grtaū ē quod opus eſt: quia ſcilicet muneris circum
ſtancia bona eſt quando qui dat indigenciam reſpicit
recipientis. His et enī documentis clare apparet be-
neficia eo fieri laudabiliora quo fūt diſcrecius animo
q̄ meliori Vnde Mathe9 in libro de Thobia Affect9
preit effectum. Non aſpice quantum ſed ex quāta flu
at ſedulitate datum. Verus amicus dantis ī affectu ñ
dacione patet: Da cito: da gratis gratum: ne gracia
fiat venalis: Prodigus menſuram excedit: largus bo-
nori ſeruit fructificat: pcus auarus eget. Eſt ancilla
ſimplex elemoſina mortis: Antidotum venie porta ſa

lutis iter: Liberat a mortis laqueis elemosina sordes:
Abluit actori: dulce procurat opus: Vitam prepetuat
venturum prestat honorem. Vnde Marcialis coquus
Grande suum precium muneris actor habet Quas de
deris solas semper habebis opes. Erubescant igit̃ aua
ri sua largiri timentes. Nam terrena possessio solũ co
modata est: quam distribuere recusant: Imperante do
mino cuius est. Vult enĩ deus vt pauper nõ egeat his
q̃ ĩ tua potestate posita sũt. Verum q̃ distribucio sapi
enter & caute fienda est. Nam iuste & merito largiẽ
da est facultas: sue necessitati succurrens. Itaq̃ consi
derare oportet personam: tempus facultatem: obseqa
impensa: & huiusmodi que liberalitatem concernunt
Vnde Tulius libro. i. de offi. Liberalitate et inqt be
neficencia: nihil ẽ natura hominis accomodacius: sed
hec multas debet habere cauciones. Videndũ est enĩ
primum ne obsit: vel illi cui datur beneficiũ vel alte
ri. Sunt enĩ multi cupidi splendoris & glorie qui ali
is eripiunt quod aliis largiuntur: & sic aliis nocẽt vt
in alienis liberales existãt. Nos autem ea liberalitate
vtamur que amicis prõsit: & nemini obsit. Deinde at
tendamus ne maior sit liberalitas quã facultas: & tan
tundẽ vt pro dignitate cuiquam tribuãt quod est fũ
damentum iusticie. Nihil enĩ liberale est quod iustũ
nõ est. Deinde spectandi sunt mores eius in quem be
neficium conferatur & animus eius circa nos: & con
munitas & societas vite: & ad nostras vtilitates offi
cia prius collata. Hec Tulius. Commemoremus cum
temporis huius largiciones. Rapiunt enĩ principãtes
laborantibus vt distribuãt pigritãtibus nec cernunt
persone qualitatem sed propriam volũtatem: eaq̃ se
piuus prebẽt que dare illicitum est: nõ tamẽ est libe
ralitas iniustum munus oferre. Vnde Señ. ĩ libro de
beneficiis. Nocua inquit impetrãtibus nõ dare: sed
negare beneficiũ estimamus. Nam turpissimũ damni

genus est inconsulta donacio: grauiusq; ē beneficium̄ malo dedisse. Ideo Catho di. Cui des videto. Et Mo cro. ī libro saturnalium. Beneficiū dādo accedat dig no. Itaq; ꝓsulte & prouide largiēda sūt bona collata bo nis. Nūc tamen hoc ꝓtingere videmus: q; solis diuiti bus muēra dātur: nec dāt diuites egētibus: sed paupe res diuitib9 prebēt. Iuxta illud Therēcii ī phormiōe Quasi inique ꝓparatum est: vt hi q minus habēt sem per dicioribus aliis addāt. Et Marcialis coquus. dāt opes nullis nunc nisi diuitibus.

Capitu. xv. de Beneficiis cito & gratuite dandis

b Eneficiū eo gracius: quo cicius & sine spe mē cedis tribuitur. Vnde Seneca lib°. ii. de be neficiis. Ingratum est beneficium quod diu ī ter manus dantis besit. Grauissimis inquit virjs nul la res carius constat: quā que precibus empta est mo lestinū est enim verum onerosū dimissu vultu dicere rogo itaq; maioris gracie munus diu perpendit. Ab Antigono enī Cunicus peciit talentum. Et respondit Antigonus plus esse quā Cunicus petere debēt. Re pulsus igitur peciit denarium. Et respondit Antigo nus minus esse quam regē deceret dare. Turpissimā ergo huiusmodi cauillacionem inuenit: vt neutrum daret in denario regem in talento cunicum respexit. Cum posset denarium ciuico dare: & talentum tanq; rex. Nihil tamen tam exiguum est q; nō honesto: re gis humanitas tribuat. Ex quibus apparet q; vir libe ralis dilacionis occasionem querere nō debet: sed pre sto id ꝓmonicare quod decens concernit. Nec tū dādi tanta debet esse velocitas vt inconsulta fiat donacio: sed deliberacione prebabita si munus hoc exigat mū9 dandum cito & hilariter debet impendi. Vnde Señ. libro. i. de bene. eos reprehendit qui difficulter & di splicenter dant aut qui fatigati distribuunt: aut qui ī consulte impēdunt. Vnde sic Augustinus inquit: aut

donum distulit: aut timide negauit: aut promisit: sed difficulter & superductis superaliis aut superbia abiecit: aut fatigat9 dedit. His enī modis munera libere non impenduntur. Nec tamen deliberacio reprobacio est: quia si stulte aliquid prebet: laudem non meretur: & q inuite prebet gracias habere non debet. Vnde Varro in suis sentenciis. Ficte refert graciam inuite danti: vix datum est: ne putes beneficiū: sed predā Semel dedit qui roganti bis qui non: extorquere aūt est plus quam semel rogare. Vnde Eunodius Argumentum est nil merentis rogare diei. Et ī prouer. sapiētum dī. Beneficium vero bis dat qui celeriter dat Et Catho: Quod prestare potes ne bis promiseris ulli Plurimos tamē nouimus quibus mos erat plurima ꝓmittere & modica dare: & si qd dederit hoc fastidio aut pre pudore: aut pro sperato seruicio vel mercede hoc faciunt. In quibus omnibus nulla liberalitas ē: qa nil dant sponte absq; reciproco munere. Et si quid dederint illud improperant & homines ipsis seruos fieri suadēt. Veruntamen teste Seneca libro. ii. de beneficiis. Taceat qui beneficium dedit: narrat qui accepit. Et libro. iii. Qui dat beneficia deum imitatur: q autem repetit fenerator est. Et Therencius in audreida frequens commemoracio beneficii exprobracio eius est. Vnde Tulius libro de amicicia. Meminisse inquid debet beneficiorum ipse in quem collata sunt: ñ commemorare autē qui ꝓtulit. Et ī prouer. sapiētum Beneficiū qui se dedisse: dicit: petit. Vnde Stoici beneficium a collatore dixerunt non debere predicari. Pro vt narrat Seneca libro. vii. de be. Et Marcialis coquus: Que mihi prestiteris in euum semperq; tenebo. Et subdit: Crede mihi quāuis ingētia postume dones: Actoris tamen periūt dona garrulitate sui: quot sunt tamen qui distribuere nil vellent nisi famam vel comoditatem exinde se habituros sperarent: iactāciis

quoq; tumescunt & in omni conuiuio que dedere & q̃
non referunt & si quid dederint. Hoc ideo faciũt vt
cultibus & reuerenciis referantur. Horum enĩ mune
ra beneficia nõ sunt: quia non alteri: sed sibi prodesse
querunt. Verũtamen beneficium gratuitum esse de-
bet sine spe reciproce vtilitis. Vnde Seneca li. ii. de
bene. Hic beneficii inter duos lex est. Alter enĩ obli-
uisci statim debet: & alter memor accepti semper esse
debet. Et subdit. Detrahenda est inanis iactacio: res
q; loquentur nobis tacentibus. Nam teste Varrone ĩ
suis sentenciis. Turpissimum est in datis sperare. Et
in prouer. sap. dr. Quod pulcerrimum est: omnia pre
stare nihil exigendo attẽdere: nihilominus habẽt be-
neficia qui prebent non solum vt comodum ex dato ñ
sperent: sed eciam vt bonus sit ipse cui beneficium im
pendunt. Quia teste Seneca de bene. li. ii. Nullus ma
lo beneficiũ dare potest: quia quicquid ad illum pue-
nit: prauo usu corrũpit & quicquid illi omiseris illud
onus suum & miseriam facit. Quecumq; enĩ illis ꝓtin
gunt in suam naturam vertunt. Vnde Tul. li. ii. de
offi. In beneficiis inquit collocandis mores hominum
non fortunã sequi honesta racio ẽ. Attẽdat igit bene
ficii collator psone q̃litatẽ & nullã exigat omoditatẽ.

Capitulum. xvi. de Beneficiis recognoscendis.

Sicut illiberalis est qui sub spe mercedis mune
s ra prebet: sic ingrat9 nulloq; beneficio dignus
est qui susceptum non recognoscit beneficiũ
Plurimum enĩ ingratitudo munera dare prohibet et
hominũ liberalitatis execucione carere iubet. Vnde ĩ
prouer. sap. dr. q; ingratus vnus miseris omnibus no-
cet. Reuera beneficioꝝ memoria fragilis ẽ. Et Señ.
ad Luciillum. Nullũ inquit maius habet malũ cupi-
ditas quam q; ingrata ẽ acceptoꝝ. Veꝝ q; multi mu
nera prebentes ingratos eos faciunt quibus dant: eo
q; in ipsis diffidunt: & se perdidisse quod dederũt di

cũt. Iuxta illud Seneca li. i. de beñ. Multos quidẽ in
gratos expimur sed plures facimus: ipse autem pdit
beneficia qui se perdidisse cito credidit. Nihilomin9
tamen turpissimũ est ingratitudinis vicium: mentẽq;
molestat ingratam. Iuxta illud Seneca epistola. lxxxi.
ad Lucillũ. Torquet inqt se ingrat9 & macerat odit
q; que accepit: quia redditurus est: beneficia extenu-
at: & iniurias dilatat & auget. Veruntamen sapienes
beneficium ꝛmendat & qui gratus ẽ assidua comme-
moracione delectatur: qui eciam beneficium dedit ex
ingratitudine: prudens si fuerit non anxiatur: ingra-
titudinem nulli imputat nisi fortune: & benigne intè
pretando suffert nec mutat animum suũ aduersus be
nemeritos. Sed proꝶdolor plurimũ ingratitudo hoc
patrauit excidium: vt benefacere proximo videatur
pluribus periculum. Nam beneficia qui susceperunt
frequẽter solẽt eos fugere a qbus acceperũt: pre pu-
dore quem gingnit superbia ingratitudinis mat. Alii
vero vno suscepto beneficio ad aliud mox absq; rubo-
re currũt: & beneficium munificorum ĩ fastidiũ ver
tũt. Alii vero beneficium cum susceperint: superbie
ꝛferẽcium astribuũt: illosq; infamãt a pbus re cepert
affirmãtes ex muneribus ñ nisi gloriã querere & fa-
stum. Alii vero qui suscipiũt beneficia indigẽcie ꝛfe-
rẽtis attribuũt dicẽtes penes se. Ideo is dedit qa mei
eget vel indigebit: nouit enĩ me ĩ aliquo sibi ꝓficere
posse: aut mee familie sperat obsequium. Dicũt enim
plures beneficia conferri fraudis sub ꝛtextu. Dicunt
enĩ dona ideo ipsis fieri vt subripiat̃ vxor: vt filia ra-
piatur: ancilla seducetur: famulus subtrabatur: vel vt
familiaritate secretum aliquod eliciatur. His enĩ mo
dis: plurimi: beneficia que gratis dantur: ĩ venenũ &
obprobrium mutant. Itaq; munificẽciam plurium re-
tardant. Rursus alii dona cum acceperint minime re
cognoscunt: sed quod mutuo susceperint dari sibi ꝛtẽ

dunt restituere; recusant. Ideo Seneca li. i. de bñfi. Docendi sunt inquit qui libenter recipiunt: libenter reddere: & eos quibus obligati sunt animoq; non tantum equare: sed eiam vincere. Veruntamen teste eodem li. iiii. de benefi. inquit Sunt nonnulli qui cũ aliquid susceperint nihil se debere testanẽ. Alii vero mutuum susceptum mox remittunt: ne videantur debitores fieri. Sed qui nimis cito soluere cupit: inuitus ingratus est. Quod ita intelligas: quia debere inuito sepius superbia est. Sed qui humilis est bonis obligari non debet vereri. Et ingratitudo ẽ mutuo aliquid capere absq; vsu illius rei: causa non indigencie vt conpariat qua comparẽte mutuum fieri nõ debet. Sicut enĩ qui concedit vult sibi mutuum reddi: sic eciam ex vsu capto beniuolenciam sperat. Ingratus est igitur q non reddit quod accepit. Ingratus eciam qui mutuare rei vsum ꝓtemsit: vtq; enĩ fraudet largitorem. Vnde Methodorus. Beneficia inquit crescunt mora: & tnẽto plus soluendum est quanto tardius. Et subdit ad ꝓpositum. Ingratus est inquit qui beneficiũ reddit absq; vsu. Nam sepe quod datur exiguum est: qd autem sequitur ex eo magnum pulcerrimũ est: tamen cum fuerit moderate data reddi licet. vt inquit Varro in suis sentenciis. Sed quomodo ista possunt ꝓueniri. Vnus enĩ docet vsum mutuate rei capere: alius suabet cito reddere. Reuera vsum mutui spernere ingratitudo & superbia est. Et cito non reddere facultate habita eciam ingratitudo est. Ille autẽ cito reddit q vsu capto conuencionis tempore opportuno restituit Qui vero dedignatur vsum capere ꝓuencionis & tenere formam: non dico q̃ cito: sed nimis cito reddit. Nam qui cito mutuat non solum id sperat quod largitur sibi restitui sed beniuolencie fidem & amorem ex inde captare licite intendit. Absit tamen q̃ munus reciprocum expectat. Absit eciam qui recipit vt solue-

re ꝓtendat. Fortassis dices te accipisse: quod reddere
non potes. Aut enī te posse sperasti dū accepisti: aut
non. Si hoc sperasti fortuna improuisa est te nō posse
Spera ergo q̃ tue fortune miserebitur ipse a quo ac-
cepisti: qui si recuset fortunam pacienter patere: cui⁹
mos est instabilem esse. Si vero te reddere posse pre-
sciuisti: cur igitur accepisti & fraudasti tuū largito-
rem. Vnde in prouerbiis sapientum dicitur. Fraus ē
accipere quod non possis reddere. Et subditur. Pluri
ma beneficia accipit qui scit reddere. Vnde Catho in
quit. Beneficii accepti memor esto. Vnde refert Se-
neca q̃ rex Archila⁹ Socratem frequēter inuitauit vt
ipsum honorare posset: sed Socrates rennuebat: dicēs
se nolle ab eo beneficia accipere: cui non posset paria
reddere. Istis igitur documentis colligitur q̃ gratus
est: & qui beneficium reddit: & qui suscepti beneficii
vsum respuit. Aliud est tamen beneficium petere: ali
ud est beneficium datum accipre. Nō decet enī vt di
ues pauperē petat: diues tamē munus a paupere daī
gratanter accipiat. Iuxta illud Cathonis. Exiguum
munus & cetera. Accipito placite & cetera.

Capitulum. xvii. de Paupertate voluntaria.

Itissimus est sufficiēciam qui habet: nec est in
d digēcia nisi ex immodesto appetitu. Nā stul-
tum est appetere quod habere nō possz. Si aut
potes habere: hoc posse tibi sufficiat. Nil aliud pētūt
homines etiam sepius ambiciosi: nisi quod habere pos
sūt. Si autem ex insufficiēa aut molestia aut pauper
tate aliquid ꝓtingeret peti quod haberi nō possit tūc
fortassis irreprehēsibiles essent hi qui diuicias iugit
desiderant: aut qui rerum modicitatē habēt. Sed hec
omnia nisi angustiam prebent: homo ꝓtētus per suffi
cienciam rebus ex modicis fit leuior & hilarior diui-
tib⁹: ꝓtinuis desideriis vacantibus: quorum mens est
inquieta & tristis & solicita rebusq̃ suis precupidita

te vti non audent: sed his agregant qnibus postremo
sunt inderisum. Contentare igitur exiguo domo tua
& in pace viuas his vtendo que tibi sufficere possunt
. Vnde Quuintilianus ca. xii. Humile inquit tuguriũ
cum sufficiencia regnum effecit. Et Varro in suis sen
tẽciis. Nõn essem? si nescirem? esset quid paupertas
Illi autem quid sit paupertas nesciunt qui suam modi
citatem mediante sufficiencia paupertatem non arbi
trãtur. Quia teste Valerio libro. iiii. Locupletẽ facit
non multa possidere: sed pauca desiderare. Et Seneca
ad Lucillũ epẽ. i. Non puto pauperem cui quãtumcũ
q; satis est. Et idem epẽ. ii. Pauper est: non qui parum
habet: sed qui multum cupit. Quid enĩ refert qũtum
in horreis iaceat. Et subdit. Optimus inquit diuicia
rum modus est: habere quod necesse est: & proximos
habere quod satis est. Et idem epẽ. iiii. Magne inqt
diuicie sunt ꝑtenta paupertas lege nature. Nã lex na
ture scit quo egeamus. Petit enĩ non esurire: non siti
re: non algere: sed non est necesse maria temtare. Ca
stra sequi: aut ex fortuna aliqua pẽdere. Ideo Plaut?
in aulularia. Sibimet esse sufficientem primũ bonum
est. Posco enĩ vt attendamus veterum sufficienciam
paupertatẽq; placitam. Nam de Diogene refert Se
neca q; potencior erat Allexandro omnia possidente:
quia plus erat q; ille nollet accipere: quã q; ille posset
dare. De ipso eciam Diogene refert Valerius li. iiii.
q; munera Dionisii tiranni respuebat. Nam cum Dio
genes olera lauaret Aristippus ei dixit. Si Dionisio
adulari velles non ita esse. Cui Diogenes: & si inqt
tu ita esses velles Dionisio non adulareris. Vnde Iero
nimus contra Iouinianum de Diogene dicit q; duplici
pallio vsus fuit propter frigus pro talario habuit: cla
uamq; ob fragilitatem: & senectutem ad mẽbra sustẽ
tanda ferebat: in doleoq; volubili se habere domũ iac
tabatur: & in vestibulis portarum morabatur: tepore

q̃ frigoris os dolei ferebat in meridiem: & iuxta mo-
tum solis voluebat. Et cum quendam puerum cũ ma
nu bibentem vidisset: tunc suum fasculum ad terram
proiecit dicens nesciebam q̃ natura poculum haberet
Ecce quanta sufficiencia & quãta leta paupertas. Vn
de Epicurus inquit. Honesta res est leta paupertas.
Illa vero non est paupertas si leta non est: sed miseria
Si enĩ alicui sua non videnẽ amplissima: licet eciã to-
cius mundi dominus sit: tamen miser est. Queso enim
vt ad naturam viuas: nũquid porro pauper eris. Sed
ad opinionẽ si vixeris nũquã eris diues. Nam exigu
um desiderat natura: sed opinio immensũ: multisq̃ pa
rasse diuicias miseria fuit. Reuera penes me ꝓsimiles
sentencias sepius reuoluentes didici q̃ quanto quis ẽ
infelicior pauperior & miserior: quanto de opibus ob
tinendis curiosior. Quosdam etenĩ noui quorum totũ
stu dium ditari fuit: non quidem per sufficiẽciam: sed
per abũdanciam: quibus eciã cura non fuit quo pacto
vel fraude facultates sibi agregarẽt: eorq̃q̃ somnia de
solis numinis erant: turpiq̃ questu eciam notorio re-
pleri non erubescebant: qui tamenĩ plenitudine desi
deriorum suorum decesserũt & ad mortem dum ago
nisarent solicitudo eorum tota de facultatibus erat &
fraudis ex timore lectum fieri petebant in loco pleni
tudinis bonorum suorum: pluribusq̃ mouenntibus
de salute anime vt cogitarent: audire ꝓtemnebãt. Ita
q̃ in sui desideriis vitam vtinam feliciter terminabãt
O mala cupiditas O desiderium insaciabile: cur homi
nẽ inuoluis. Nõ potest enĩ corp9 nisi modicas vestes
ferre: paucisq̃ cibis venter pascitur. Abscedat ergo ĩ
festa cupiditas vt leta paupertate vitam manu ducã9
dicente Catbone. Cum te infantem natura nudum
creauit. Paupertatis onus pacienter ferre memento
Quod nimium est fugito paruo gaudere memento
Commoda nature: nolo tibiipse deesse: Si cotenntus eo

fueris quod postulat vsus. Et Gamfredus in poetria noua: Liber is est viciis qui non inseruit habundans; Cui satis est quod habet: pauper qui plus cupit. Vnde Galterus libro. iiii. in allexandreidos. Animũ nullius egentem non res efficiunt: sed sufficiencia. Quãuis sit modicum si sufficiat nulli9 egebis. Et Nathe9 libro de Thobia: Non rerum cumulus sed sufficiẽcia mentis dicat: sufficiant paucula diues eris. Capitulum. xviii. de Auaricia vitanda.

Varicia abisso comparatur insaciabili: sicẽ enim aquas sine fine deglutit: sic auaro nil sufficit.

a

Veruntamẽ teste Salustio ĩ catbelinario Auaricia fidem & probitatẽ ceterasq; bonas artes subuertit: & pro his superbiam crudelitatem: deũ negliere omniaq; venalia habere docuit. Auaricia pecunie studium habet quam nemo sapiens concupiuit. Hec enĩ virilẽ effeminat animũ: insaciabilis est: nec copia vel modicitate minuitur. Vnde in declamacionibus libro iii. Muliebrium viciorum fundamentum auaricia est. Vnde idem ad Lucillum epistola. lxxiii. Stulta inqt auaricia mortalium proprietatem discernit: nec qcq; suum esse credit: quia semper diffidit. Quamobrem Quintitilianus libro. viii. Eque deest auaro quod habet: sicut quod non habet. Quia teste Bœcio libro. ii. de con. Auaricie nihil satis est. Vnde Tulius libro. ii. de offi. Nullum vicium deterius est auaricia. Et li. de senectute. Quid inquid sibi auaricia velit nõ intelligo. Quid enĩ absordius esse potest quo minus restat vie: eo plus querere deuia. Quod faciunt aliqui senes quia quanto sunt seniores: quantoq; minus sunt viuiturri: tanto fiunt cupidiores. Cessat igitur auaricia ĩ animo tuo: quia teste Tulio ĩ. ii. retborice. Auaricia omnem hominem ad quoduis maleficiũ impellit. Vnde Valerius libro. ix. auariciã sic describit. Auaricia est lucrorum latenciũ indagatrix vorago auidissima:

cupiditate miserrima. Hec occidi suasit & ad despe racionem plurimos induxit. Vnde refert q̃ cum Sep tunulus propter multitudinem auri & argenti in ma ri se periturum videret: mergi maluit quã suas opes in mari proici. Hic enĩ diuicias nõ possedit sed ab eis possessus est. Auarus nempe plus quam in deo in suis opibus confidit: nulliq; ꝓficere curat. Ex his que ha bet pauperes odit & diuitibus eciam non amicat̃. Vn de in prouer. sapi. dicitur. Auarus: nisi cum moritur nihil recte facit: nec potest auaro aliquid pei9 optari quam vt diu viuat. Nulli enĩ auarus bonus est: sed in opi pessimus: negandi causa: nunquam auaro deficit sapienti tamen congruit pecunie imperare & non ser uire. Nam pecunia non saciat: sed irritat. Vnde Ora. in epistolis. Semper auarus eget. Ob hoc versificator Cur homo qui cinis es per auariciã sepelis es: Eri cur heres: eris qui non eris heres: Quando sepultus eris quicumq; sepultor es eris: Dici sepe putes tu qui sub marmore putes: Nõ hodie quid heri nouus heres im perat eri. Sed ad hec homines nõ attendũt nec consi derant diem extremum in quo omnia deserent. Vnde Galterus ĩ allexandreidos libro. viii. Quid tibi diui ciis opus est. Et subdit. Quanto tibi plura parasti: tã to plura petis & habẽdis acrius ardes. Et Ouidius li bro. i. metha: Effodiunt opes irritamenta malorum: Iamq; nocẽs ferrum ferro nocẽcius aurum. Et li. iii. Inopem me copia fecit. Et li. xii: Auarus vix spes ip se suas animo capit. Et Maximianus: Per maximos pactos pena est recumbere rebus: Quas cum possideas est violare nephas: Efficior custos rex magis ipse mearum: Conseruãs aliis q̃ perire mihi: Et semper re tinẽs nil timuisse puto: Auri cecus amor fatuũ mihi vincit amorem. Et Ouidius li. ii. sine titulo: Querit auarus opes que lassant ipsa tenendo: Equora perdu citur naufragus ore bibit. Quia scilicet mare sepius

absorbet quod auari magnis laboribꝫ aceruãt. Hi ete
nim bona tanta auiditate tam diuq; custodiunt quod
perduntur consumuntur aut saltem deteriorantur: pau
peribusq; dare nolunt ea quibus vti non possunt. De
quibꝫ Iuuenalis libro. v. dicit. Diuites bona plurima
custodire nituntur pauperibusq; non permittunt ero
gare. Ideo sic ait: Crescit amor nũmi quantũ pecunia
crescit: Magnis porta malis cura maiori seruanda: Mi
sera est magni custodia census. Nam teste Tulio ĩ pri
mo rethorice. Cupiditas est genus omnium libidinũ
Et in prouer. sapi. dicitur. q; cupiditatis regnum: est
interitus. Vnde Valerius libro. vii. Inutiliter est ali
quid cupere & in eo perseuerãter morari. Hec dulce
do vicina exicio ẽ. Ideo Seneca ad Lucillũ ep̃. xxviii.
Nemo inquit numero idem ẽ q; fuit pridie: nam quic
quid vides currit cum tempore: nihilq; stabile vel soli
dum est. Et nos tamen ea cupimus tanquam sint pro
spera semper nobis: aut tanquam simus ea semper ha
bituri. Reuera hec auaricie condicio est ĩ egestate cu
pere & bonis aduentientibus per amplius desiderare.
Vnde Tulius libro de padoxis. Nunquam explet ne
q; saciatur sitis cupiditatis: nec solum agendi libidine
cruciantur homĩes sz amittẽdi metu. Vnde Didi. ad Al
lexandrum. Etenĩ ferocissima pestis est: cupiditas q;
solet egenos quos capit efficere. Omnis enĩ cupidus
egenus est: quia & si bona habet ipsis vti non audet
Vnde refert Elimandus q; in obsidione hanbailis tri
centi prenestinii reclusi fuerunt victibusq; carebant:
cumq; inter eos auarus quidam cibum recepisset: ma
luit alteri pro ducentis denariis vendere: quã sue fa
mi prouidere. Itaq; ipse auarus cum suis ducentis de
nariis fame mortuus est: sed emptor: dei prouidencia
vixit. Ecce quanta cupiditas que hominẽ ita detinu
it vt pocius seruiret cupiditati quam proprie saluti.
Vnde Lucanus libro. iii. Es ferrũ mortẽq; timere au

ri nescit amator. Et Virgilius li.iii.eneidū: Quid ñ mortalia pectora tangit:auri vana fames. Ideo Catho dicit: Dilige denariū sed parce dilige formā. Illi enī parce denarium diligūt qui pro sola necessitate ipsū diligunt atq; querunt. Sed formam isti desiderant q denarios vendicant nō pro necessitate sed pro superflua auiditate:quod faciunt diuites. Iuxta illud Petronii Diuitis hoc magnum facies erit omnia cernens: Qui tenet & sicco conquerit ore famē. Et Marcial' coqu9 Fortuna multis dat nimis: nulli vero satis: signanter auaris. Vnde Prosper li.epig. Nec pax sollicitis:nec modus est cupidis. Et magister Zeilo. Non bene dignus equo cui carior est equus equo. Quod tamen accidit auaris qui res vltra equum & iustum diligunt.

Capitulum.xix.de Rapina & fraude.

r Aptor nil suo raptu licite ꝛquescat. Quucquit enī pretextu fraudis acqritur male possidet. Vnde Tulius li.iii.de offi. Detrahere aliquid alteri magis est contra naturam quam mors. Et ī Philippica.ii. Male inquit acquisita male dilabuntur. Nempe difficile ē vt quis ex rapina prospereť. Si enī quis suis diebus gaudere videatur his que rapuit eius tamē prosperitas:aut nō erit diuturna: aut ī successoribus nō durabit. Iuxta illud Senece ī ep̄. ad Lucillū. Nulli inquit cui rapina feliciter successit: gaudium rapti durauit in posterum:nec mirum quia nullū violentū perpetuum. Rursus mirum apparet: aut displicibile nimis eos videri maiores raptores quibus bonorū plenitudo maior collata est:& qui possessionibus amplioribus fruuntur capere pauperibus sollicitanť. Quinimmo raptores a raptoribus rapiunt. Vnde Plautus in aulularia: Sepe condita luporum fiunt rapine vulpinm. Itaq; vulpes quandoq; lupis rapiūt ea que lupi rapuerūt. Hoc enī merito contingit vt arte praua artifex pereat sua. Difforme est tamen virtutis gloriā

magnitudine prede amittere. Sed proehdolor diebꝫ istis rapere multis nõ apparet turpitudo pudibunda quoniam magni latrones latronum sunt iudices: eosq; non castigant: quorum preda affertur eis: sed solũ illos iudicant & rigorose sẽtẽciãt: quoq; rapine non suffragantur eis. Quot enĩ regibus & principibus serui unt raptores qui pauperum bona: nũc propria auctoritate: nũc solida temeritate tollunt. Quandoq; etenĩ delicta negant: & negare si nequeant ad satisfactionẽ cogi non formidant: quia fauorem iudicum non senciunt minas inferre & verbera: sepe omnes extorsionis vias excogitãt. Et hoc fortassis qa dominos suos paria vel maiora facere vident. Vnde illud Ouidius. li. methama. accidisse videtur: viuitur inquit ex rapto non hospes ab hospite tutus. Et idem Ouidius libro sine titulo: Fac cito per multas preda petita manus. Vtinam qui rapiunt illud attenderent. quod ait Orator li. i. Auri cesset amor qui pectora semper adurit. Quo rapiẽ mortale genus quo pollulat omne: De radice malum cum vis violencius ardet: Stimulantq; rapinis addita lucta famẽ. O igitur raptores attendite seculi diuicias transitorias fore: cur igitur in perdicionem animarum eas capitis. Quid enĩ prodest habere quod alterius est ppetuoq; obligari aut restituere: alias vero morte mala moritur raptor. Verumq; cupiditas mundi honores fere singulos predomat: superbia quoq; ad rapinam plures inducit: quia plurimi ex fastu ꝓsueto statum quem nequeunt tenere cupientes: cum ex se non habeant: aliis rapiunt: & malunt ex raptu pompam ostendere: quam ĩ simplicitate absq; fiau de manere. Veruntamen teste Señ. ad Lucillũ epĩ. v. Magnus inquit ille est qui fictilibus sic vtiẽ quomodo argento. Illos tamẽ nõ reprobo ĩ quibus honestas maior: quam ex fictilibus apparet: si ꝓcedens facultas prestat. Et ideo subdit ipse Seneca. Nec ille minor ẽ:

qui sicut argento fictilibus vtitur. Infirmi animi est diuicias non posse pati. Lamentandum tamẽ pompas nimias ad inuentas fore: quibus rapine occasio datur eo ꝙ infelicem se putat: qui statibus vicioꝝ nõ equaẽ Sed teste Ouidio li. i. de remediis. Decipimur cũcti gemmis auroq; tegunt omnia. Et Marcialis coquus Non nisi deliciis ꝑuenit illa vestis. Hec enim verba de vestibus presẽtis seculi merito ĩ telgili possunt. In quibus non nisi vanitas & curiositas est: pro qua curiositate imitanda raptores fiunt plurimi vanitate seducti. Si enim regibus sufficeret honestas absq; pompositate: tũc nõ exigerent a populo questus. Eorum enim ex actiones rapine sũt: quia hoc solũ petere habẽt: quod licita materia ꝓcedunt: aut quod necessitati eorumq; honestati ꝓgruit curiositate sublata. Commemoremꝰ enim antiqua quedam tempora detestanda: que tamen redisse videntur. Narrat enim Valerius li. ix. Q. Anthiochus rex Sirie: seductus superbia clauos aureos ĩ equis: vasaq; argentea in pompam ꝓparauit innumerabilibusq; pompis suum apparatum figmentauit: cui optabilis erat preda pocius quam iustitia. Rursus Plinius li. xxxiii. de historia naturali refert de Pompeiia coniuge Neronis que soleas ex auro suisq; iumẽtis ferramenta fieri iubebat. Et carrucas ex argento & quam plurima alia vana pocius quã sana & que absq; rapina rarissime fiunt. Nunquid principi sufficere habet vt honeste & granditer viuat familiaresq; ꝓsperos habeat. Nũquid dissolucio corporis esset: si caput aliis mẽbris victũ auferret. Mox enim illa mẽbra mortificantur que alimento carent. Sic in politica mors est: quãdo principis rapina subditos in pace viuere ñ permittit. Non sic etenim Didimus fecit Bragmanꝝ rex. Ipse nempe domorum curiositatem non requirebat sed speluncis & cauernis ꝓtentabatur. Vnde ipse Didimus ad Alexandrũ. In exstruendis inqt domib

igne saxa non soluimus: nec ad mixcione pulueris ci-
mēta ꝯponim9: sed in telluris: spelūcis monciūq; late-
bris habitam9. Hulli9 igit̄ ventoꝝ fremitus: nullius
turbinis tempestatem formidam9. Nam tuci9 nos de
fendit ab imbre spelūca quā tegula: cuius gemin9 est
nobis vsus mā̄sionis dū viuimus: & sepulture cū mo-
rimur. Si enī ꝯsimilibꝫ principes nostri ꝯtenti essent
rapine studia nō quererēt: sed pompaꝝ fastigiū rape
re primit9 suasit: diebusq; istis nō pret̄misit. Nam di
ebꝫ istis omnia discorta placent: & laici crines habent
mirabiles: nouaq; nomina ī vestibꝫ tv inqnit Petroni
us. Vnde Didim9 vbi sup̄. Nullus inq̄t nobis p̄ciosus
est amic9. Femineq; nostre non ornant̄ vt placeant: se
velāt pudore: nec sciūt ī agēda pulcritudine pl9 affec
tare quā nate sūt. Nam quis potest opus nature cor-
rigere: quod cū fuerit aut infructuosū ē aut crimino-
sū. Sed diebꝫ istis viri: prcipueq; femine vestimētoꝝ
nouitatē excogitāt & ornatuū: pre magnitudine atq;
pre sūptuositate rapinose fiunt aut enormibꝫ delictis
se exponūt: & sceleꝝ suoꝝ pretextu pompas manu te-
nēt. Quicquid tñ mali occasione accipiūt & si nō rap-
nit. nec de suis operibus lucrum: sed dei gloriam expectat. Insuper Ieronimus centesima epistola loquēs ad episcopum in generali. Domus inquit tue conuersacionis cōstituta est in gracia publice discipline. quicquid feceris: id faciendum omnes putant. Caue igitē ne manum cōmittas. quoniam qui reprehendere volunt repudiantur si delinquentes fore videantur. Et subdit. Subuenire pauperibus: visitare languentes: gaudere cum gaudētibus debet scilicet prelatus. Etiam sit cecorum baculus. studentibus cibus. spes miserorum. solacium lugenciū. Ex hiis igitur patet qualiter prelatus eciā ab interpretacione nominis de sua spōsa ecclesia curam habere debet. Sed nunc illud apocalipsis secundo verificatur. Nomen habes q̄ viuus & mortuus es. Quia scilicet nomen sanctitatis habent prelati: et mortis opera in se et in suis subditis exercent. Et licet omnia vicia in prelato turpia sint. illa tamē magis sūt cauenda in quibus ancilla: scilicet caro dominatur. scilicet gula & luxuria. quia inter vicia magis ī famia sūt et per talia prelati ecclesie honestatē magis offendūt. Ideo apostolus dicebat q̄ non oportet Episcopum esse vinolentum: scilicet vino plenum. Super quo verbo Ieronimus epistola. xliii. Vinolencia inq̄t cōmessatorūq̄ excessus in prelatis non sint. quoniam venter estuans mero de facili spumat ī libidinē. Nam in vino est luxuria. Qui autem luxuriatur mortuus est. viuens vero qui inebriaē: mortuus & sepultus est. Nunquid Noe ad vnius hore ebrietatem semora nudauit: qui per sex centos ānos sobrietatē protexit. Genesis. x. Nunquid Loth nesciens quid faceret: libidinose se miscuit & incestū cōmisit. et quem Zodoma non vicerat: vina subiecerūt: vt dicitur Gen. xviii. Quapropter sacerdotibus legalibus bibere vinum prohibitum erat. vt patz Leuitici. x. ad designandū q̄ prelati & sacerdotes noue legis sobrii esse debent. Vnde luce. xxii. Non gra-

uãtur corpora vestra crapula & ebrietate. Vnde Cre-
gorius primo moꝛ. Cum inquit maiores voluptati de
seruiunt. nõ mirũ si in minoribus lasciuie frena laxan
tur. dum inquit scilicet nos prelatos letos aspiciunt:
scilicet subditi ipsi tunc ad illicita resoluuntur: Vnde
libro secundo de vitis patrum: parte decima legitur ꝙ
abbas quidam dictus Vatita: postquã factus fuit epi
scopus: vitam asperiorem ꝙ prius ducere incepit. Et
cur hoc faceret dum interrogaretur respondit. Dum
essem in heremo: corpusculum meum gubernare vole
bam ne infirmaret. Nunc autẽ in seculo positus assunt
excessuum occasiones plurime. Ideo maxime abstinen
dum est. Nam & si infirmari ĩcepero: aderunt succur
rentes. Similiter eciam legit eodem capitulo: parte
prima de Abbate: qui episcopus factus: vitam quam ĩ
heremo prius duxerat non pretermisit. deo tamen re-
uelante sue vite asperitates quodammodo mitigauit.
Hec igitur omnia designãt: qualiter prelati anallã: sci-
licet opera carnalia vl̃ quecunq; secularia suis ecclesiis
postponere debent: vt bonis exemplis sibi subditũ po-
pulum dirigant: iuxta illud Numeri. xviii. Excubate
in custodia sanctuarii. et in ministerio altaris ne oria-
tur indignacio super filios Israhel.

Capitulum tercium De electione prelatorum.

Prelatus vices dei gerit. quãobrem vocacione
dei sublimari debet. Vnde apostolus ad He-
breos quinto. Nemo sibi sumat honorem: nisi
qui vocatur a deo. sicut Aaron. Quid tamen dicemus
quia Apostolus prima ad Thimotheũ quinto dicit ꝙ
si quis episcopatum desiderat: bonum opus desiderat.
Attendamus enim qualiter Apostolus episcopatũ bo-
num opus vocat. quasi diceret. Q̃ qui vult episcopari
debet bene operari. Sed plurimi volunt episcopi voca
ri: et tamen non curant veridice episcopari. Nam sicut
inquit Augustinꝰ quinto de ci. dei. capitulo. xix. Ille

non est bonus prelatus nec episcopus qui nõ proficere sed preferri querit. Insuper Ieronimus epistola. xliii. Episcopatum inquit desiderat qui non dignitatẽ: sed laborem querit. non delicias: sed opus: sic q̃ humilitas in eo non decrescat: nec per fastigium dignitatis ipse ĩ tumescat. Vñ Ecclesiastici: vii. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpere iniquitates. Vnde Gregorius: xxi: moꝫ. Sancti inquit viri cum presunt: non in se potestatem ordinis: sed equalitatem condicionis attendunt: nec preesse gaudent hominibus: sed prodesse. Sciunt enim q̃ antiqui patres non solum reges hominum: sed eciam pastores pecorum fuisse cõmemorantur. Cur enim de tua dignitate audes superbire. nunquid in vtero te fecit qui & illum. Iob: xxi. Omnes enim nature vnius sumus. Nam Gregorius vbi supra concludit. Manu inquit humilime consideracionis deprimendus est tumor elacionis. Vnde Iob: xxx. Eleuasti me: et quasi super ventum ponens elisisti me valde. scio tamen quia morti trades me. O q̃ humilis cõsideracio in p̃lato si fuerit. Ideo ꝓpheta dicebat. Neq̃ ambulaui in magnis neq̃ in mirabilibus sup me. Nam teste Grego. moraliũ secũdo. Mundana felicitas tanq̃ aura subleuat: vt repẽte deterius & inferius ruat. Et idem moralium: xvii. Quanto inquit alcius quis erigitur: tanto curis grauioribus onerat̃. illisq̃ populis mẽte & cogitacione supponitur: quibus dignitate supponitur. Homo inquit in sublimi eleuatus tantos sup̃se sustinet: quantos suppositos regit. Et ibidem cõcludit. Ipsa inquit occupacio secularium dignitatum tanto facilius viciis premit̃: quanto maioribus curis graiuatur. Quapropter Anselmus libro de similitudinib capitulo: xxv. prelatos ambiciosos compat pueris venantibus papiliones: qui dum secuntur illos in foueas cadunt. Ex quibus concluditur q̃ quilibet prelatus in nomine scilicet & in fama virtutum crescere debet.

Quapropter Hugo cōcludit q̄ canones racionabiliter diffiniunt nullū esse in episcopum eligendū: nisi prius in sacris ordinibus fuerit religiose conuersat9. Plures tamen insipientes sūt viri qui vita maculati ad presidium sublimātur. et qd̄ detestādum nimis est ad presidium tanquā ad patrimonium curritur. verūtamen q̄ exemplo negligūtur. Aduertamus enim quomodo sembrosius in Episcopum electus omnino recusauit. Aunquid mulieres publicas in suam domum ingredi Neic: vt illis visis electio reuocaretur. Nunquid fugā acceperit: sed reuerti coactus est: vt in ipsius vita legitur. Nunquid Gregorius fuit electus: et columba fulgida super ipsum descēdente cognitus est. Nunqd beatus Marcus pollicem abscidit: vt indignus sacerdocio haberetur: vt dicitur libro secundo qui dicitur paradisus. Nunquid beatus Ammonius cum fuisset electus in episcopum: et ad benedictionem duceretur: euadere q̄ non posset: aurem suam sinistram ferro resecauit dicens. Nunc probatur non posse qd̄ cupitis compleri. quia nullus aure precisa debet ordinari. Cui Dorotheus episcopus respondit. Lex inquit ista iudeorum est. sed ego inquit virum auribus truncatum: moribꝰ probum: nō dubito facere episcopum. Cum igitur vim inferrent: beatus Ammonius respondit. Si me vltra cogeritis: eciam linguam meam propter quam mihi molesti estis abscindam. et tunc ipsum dimiserunt. Insup libro tercio historie triptite de quodam monacho legitur: qui electus in episcopū recusauit. Sed Theophilus sibi suadebat. Videns igitur monachus q̄ euadere non posset: ad se venientibus respondit. Cras determinabitur quid faciendum sit. Vnde in crastino fusa oracione migrauit. Si igitur viri sancti prelationem recusauerunt: Cur igitur peccatores eciam publici prelacionem conquescant. Nam teste beatꝰ Gregorio in suo pastorali capitulo: ix: Virtutibus eciam pollens ad re-

de cura ꝛ electione p̄latorū

gimen coactus accedere debet. Et idem in quadā epistola ad Senonensꝭ archiepiscopum. Multi inquit non tanta fiducia & alacritate currerēt ad honores: si sentirēt onera grauia: & metuerēt periculum dignitatis Sed ambicio insaciabilis est: et de gradu ī gradū scandere petunt. Verūtamen qui coniungitis domum ad domum: absit igitur vt fiant prelati: nisi qui meliores sint: vt debitos suscipiant a subditis honores.

Capitulum quartum de cura & electione prelatorum

Prelatus curam gerit animarum: aut gerere debet. Quamobrem ipsius electio nō fauore: sed sola caritate fieri debet: sic vt eligat̄ non qui dilectior: sed qui melior aut comodior videt̄. Nā hec est voluntas dei vt ille presideat qui melior: publiceque vtilitati comodior est. Vnde Ieronimus epistola xliii. Electio inquit facienda est non ob aliquam cōmoditatem temporalem eligencium vel emolimēti spem nec ob humanam intercessionem vel suasionem vel cōminacionem: vel inordinatam affectionē. sed sūt eligēdi ob diuini honoris cumulacionem: ob ecclesie dei vtilitatem: ob profectus seu vtilitatis animarum spem: et ob morum ipsius eligendi atq; virtutum perfectionē. Hoc eciam satis notatur ī Decreto. xxvii. q. vi. distinctionibus. Quamobrem Gregorius moralium: xxiii. Curam inquit animarum suscipere non presumant: nisi qui bella temptacionum subierunt. Vnde dominus ad Moysem Leuitici sexto dicebat. Cōgrega omnem cetum tabernaculi in electione Aaron & filiorum: vt scient omnes q̄ qui prestancior est ex omni populo doctior sanctior & virtutibus eminencior: ille eligat̄ ad sacerdocium. Super quo ait Origenes. Illi inquit qui eligunt aliis modis q̄ predictis: timeant dei iudiciū: atq; sibi imputant damnum & perdicionem animarū: & ecclesie dei ruinam que destruitur per institucionē mali prelati. Vnde Gregorius in dyalgo libro quarto:

capitulo:xxxix:narrat de Pascasio qualiter erat ī loco penarum:et cum interrogaretur:cur hic esset. Qui respondit q̃ nulla alia de causa:nisi q̃ consenserat in partem Laurencii contra Simachum:ipsum eligẽdo ī prelatum. Quapropter Gregorius ī registro libro primo ait. Necesse est vt omnes culpas & negligẽcias sibi imputet qui ministerium virtutis infirmo cõmisit. Sicut igitur prelatus eligendus est vt bene agat. sic pariter electionem acceptare non debet:nisi vt in deo ꝓficiat. et hoc cum humilitate & tremore. Vnde Augustinus:ix.de ciui.dei.capitulo:xix. Non est inquit in accepcione amandus honor in hac vita:sed opus q̃d per eundem honorem fit vel potenciam. Ideo apostolus dicebat. Qui episcopatum desiderat:bonum opus desiderat. Quia episcopatus nomen est operis:non honoris vt dictum est. Quapropter Gregorius in suo registro libro:vii.ait. Q̃ sicut locus regiminis desiderãtibus est negandus.sic & fugientibus est offerendus: ne quis sumat sibi honorem. Et ibidem libro:ix. Qui ambit aut se ingerit proculdubio repellẽdus est:eo q̃ nitiẽ ad alciora descẽdere. Congruit igitur vt ī crescẽdo decrescat.et in ascendendo descendat. Qui igiẽ eligitur discat q̃d doceat:& informet q̃d teneat. Nã casum appetit qui ad sũma loci vestigia postpositi sgradibus per abrupta querit ascẽsum. Hec ille. Ideo Ysaui.dicitur. Ecce ego mitto & cetera.quasi diceret.q̃ nullus ex se debet presumere. Ideo Gregorius in suo pastorali:libro secundo:capitulo:vii. Nullus inquit se extollat ex electione:sed magis se humiliat. Et Bern. epistola ad episcopum Zenonem. Noli inquit altum sapere.quia altum sapere difficile est & omnino inusitatum.et quanto inusitacius:tanto periculosius. Nõ igitur se felicem putet qui aliis preest. Vnde Augustin9 epistola:lxvi. Peto inqt vt cogites nihil esse in hac vita & hoc tempore felicius lecius & hominibus accep-

tabilius: episcopi: aut presbiteri: aut dyaconi officio: si tamẽ non presumptuose aut adulatorie res agitur. sed nihil apud deũ miseri9 tristius & dãnabili9 si hec male fiant. Capitulũ quintũ De moribus sacerdotũ.

Acerdotes dicti sũt quasi sacra dantes. Ideo sacrã debent ducere vitam: iuxta illud Ysaie li. Mũdamini qui fertis vasa domini. quia tñ presbiteri a sanctitate eius debita recedunt: ideo iugo indebito deprimuntur. Nam Leuitici: xxii. dicitur q̃ sacerdotes sancti & immaculati esse debent. et qui habebat maculam: nõ debet offerre panem. vt si cec9 vel claudus esset. Super quo Gregorius in suo pastorali. libro secũdo. capitulo: xi. Cecus ẽ inqt qui diuine contemplacionis lumen ignorat. Claudus autem est qui viam vite nõ valet tenere. Ideo Apostolus ad Ro. xiii. monet abicere opera tenebrarum: et induere arma lucis. Illi enim sacerdotes arma induũt qui in virtutibꝰ proficiunt. Nam teste Ieronimo epistola: xxxiii. Clericus dicit̃ a cleros grece quod est sors latine. Et propterea vocantur Clerici: quia de sorte domini sunt. aut quia dominus est sors eorum: scilicet possessio. Clericus igitur se talem debet exhibere vt possideat dominum: et ipse possideatur a domino. Vnde Hugo libro secundo. parte tercia. capitulo quarto. Signaculum inquit clericorum est corona qua signatur clericus deputatus ad ministerium dei: cui seruire est regnare. Nã corona regale decus est quod non ĩmerito clericis dat̃ Iuxta illud prima Petri secundo. Regale sacerdociũ. Et ibidem subdit Hugo: q̃ capitis coma clerico in modum corone tundatur: et sũmitas capitis desuper denudatur: vt per hoc detur intelligi q̃ ad regiam potestatem assummitur: vt reuelata facie gloriam domini contempletur. Quapropter clerici comam nutrire prohibentur: vt patet in Decreto dis. xxiii. Clerici comati a solicitudinibus temporalibus exemuntur: ne va-

nitatibus mentes eorum impediantur. Vnde Ieronimus epistola :xxxiiii, Negociatorem inquit clericum tanquam pestem fuge, quia nemo militans deo: implicat se negociis secularibus. Et ideo de ipso Ieronimo Policratus refert libro: viii. capitulo. xiii. qualiter a mensa sua tres clericos exclusit: quia incompositi erãt Dicebat enim viro honesto & graui non licere in eius consorcio aliquem incompositum habere. Inhonestum est igitur aliquem se clericum profiteri: & vanis occupacionibus detineri. ne de clericis verificet illud Trenorum: iiii. Qui nutriebãtur in croceis amplexati sũt stercora. Nunquid olim sacerdotes Nasariorum ob vite continenciam caput radebant: & capillos in igne sacrificii ponebant :vt dicitur Numeri: vi. Illi enim moraliter capillos radunt qui temporalia mente deserũt Et tũc deo sacrificant: quando deo famulari disponũt. Hec enim omnia corona clericalis designat. Nunc tamen clerici suam vocacionem pretermittunt. et ideo ĩ subiectiones plurimas incidunt. Sed apud egipcios sacerdotes omnia reliquerunt. et ideo eximi sicut dictũ est apud Pharaonem meruerunt. Vnde Ieronimus ad Eustachium epistola :lxxxiiii: narrat q̃ in egipto tria fuerunt genera monachorum. scilicet Cenobitarũ qui in cõmuni viuebant. Et Anachoritarum qui solum in deserto habitabant. Et alii quorum genus dicebatur in lingua egipciaca Enuch: qui bini vl̃ trini habitabãt simul. Et de primis scilicet Cenobitis loquens Ieronimus ait q̃ nullus in cibo erat strepitus: sed pane & liguminibus pascebantur: soliq; senes vino vtebanẽ. alia q̃ plurima laudabilia narrat Philo: prout allegat Ieronimus. De aliis vero scilicet Anachoricis narrat Iosephus q̃ creberrimam vitam duxerũt. Clericorum igitur & signanter religiosorum vocacio est ad diuinum cultum et non ad mundanum occupamentum. Vnde Anselmus de similitudinibus narrat in somnis se vi-

disse angelum dei describentē sibi quis esset verus mo
nachus. et concludit ibidem q̃ verus monachꝰ est ille
qui locum sue habitacionis perpetue eligit: in quo per
petue habitare disponit. Sed nunquid lamentandum
est q̃ viri ecclesiastici atq̃ religiosi mūdo abrenūciasse
se dicunt. et tamen curis temporalibus maxime inten
dunt. non attendentes verba beati Bernhardi in quo
dam sermone dicentis: q̃ natus filius dei elegit paupe
rem domum: & tenuit paupertatis formam. Aut igitē
deus vel mūdus fallitur & errat. sed diuinam impossi
bile est falli sapienciā. Melior igitur est statꝰ ille quē
elegit. Et idem Bernhardus in sermone in vigilia na
talis domini. Quid inquit paupertate dicius: quid pre
riosius: qua regnum celorum emitur: & gracia acqui
ritur. Vnde Ieronimus epistola. c. xvi. Apostoli iquit
gloriantur q̃ omnia dimiserunt: & secuti sunt saluato
rem. Nunc autem viri ecclesiastici Cristum secuntur
vt munꝰ accipiāt. aut vt sua literius desideria impia ī
pleant. Verūtamen Mathei quinto dicitē. Beati pau
peres spiritu: quoniam ipsorum est regnum celorum.
Et Mathei: xix. Si vis perfectꝰ esse vade & vēde om
nia que habes & da pauperibus. Mundo igitur spreto
debet vir religiosus tanquam agricola animam suā ex
colere: scilicet vicia exstirpare: & virtutes īserere. Vn
de Appollius libro de deo Socratis ait: q̃ sicut volens
acute videre purgat oculum. sic desiderans in virtuti
bus proficere debet colere animum. Quapropter Au
gustinus de verbis domini sermone: xii. Quid inqt ꝓ
dest plena bonis archa: inanis consciencia bona vis ha
bere: & bonus esse non vis. Erubescere debes de bonis
tuis: si domus est plena bonis: & te malum habet. Et
ibidem concludit. Bona exteriora si contra peccatorem
possent: ad deum clamarēt: luxta illud Abagug secun
do. Lapis de pariete clamabit. Quid enī ꝓdest stulto
habere diuicias cū sapienciā emere non posset. Eccle-

siastes quinto. Non igitur diuicias: sed sciencia & virtutes acquiramus: vt eximi promereamur: luxta prophetam dicentem. Nolite tangere cristos meos: et in prophetis meis nolite malignari. Capitulum sextum De continencia virorum ecclesiasticorum.

Viri ecclesiastici ad hoc deputati sunt vt in castitate deo famulẽtur. Quale enim obsequiũ tuum erit: si mẽs tua polluta fuerit. aut quomodo sacrificium offeres deo si tua vita maculata extiterit. Sit igitur vita tua continens & ĩmaculata: vt deo pro te & pro aliis placere posses. Sed vnde est q̃ ecclesia tantis luxuriis inquinatur. quis concubinas seminauit. Reuera estimo q̃ cõsorcia: cõuiuia: colloquia cum mulieribus solita: viros ecclesiasticos a contẽplacione retardantes voluptate & lasciuia corruptissima inficiunt. Attendamus enim quid dicat Iheronimus. Gladius inquit ingens species mulieris. Nam qui tangit picem: coinquinabitur ab ea. Vnde Augustinꝰ dicit q̃ asper sermo atq̃ rigidus & breuis semper cum mulieribus est habendus. quia si mulier audit amicabilia: tũc surgit vt hostis demolitur: hominem deprecatur. mentem inclinat. animum atq̃ mentis statum effeminat. corpus eneruat. bursam euacuat. racionem cõmaculat. proximum scandalisat: & deum negligit. Insuper Bernbardus libro de contemptu mundi sic inquit. Colloquium mulierum. non est nisi virus animarum: prebens sub mellis dulcedine pocula fellis. nã de cor illarum laqueus est fallax animarũ. illaqueãt stultos: ducunt ad tartara multos. Vnde Crisꝰ. de Chananea in sermone dicit. Mulier est caput peccati. arma dyaboli. expulsio paradisi. corrupcio legis. A qua si cauere cupis: fuge illam. quia vt serpens inficit & venenat. Vnde in vitis patrum libro secundo: parte quarta legitur: qualiter sancta mulier monacho cuidã moniales intuenti dicebat. Si monachus perfectus esses:

illas non ita respexisses. Item ibidē parte secunda de Artbenio abbate legitur q̃ cū mulier quedam sibi postularet vt ī oracione haberet memoriam eius. Ipse respondit. Rogo deum vt ipse auferat memoriam tuam de corde meo. Insuper ibidem parte quarta legitur de muliere sancta in monasterio egrotante: que nō permisit vt frater eius eam visitaret: ne ipsius occasione inter feminas staret. Vnde dixit ei. Vade frater ora ꝓ me. quia Cristo annuente videbo te in regno cē'orum Ceterum Augustinus libro de cura pro mortuis agēda narrat de Iohanne nobili monacho qui habuit spiritum prophecie. qui cum videret mulieres quasdam īfestas esse vt ipsum viderent. tunc dixit. Eamus vbi non est mulier. Ex biis igitur patet qualiter fugiēda est libidinis occasio. Ideo apostolus ad Ro: viii. dicebat. Non estis in carne: sed in spiritu.

Capitulum. vii. De moribus prelatorum.

p Relati vices Cristi gerunt. Dedecus igitur magnum est si contradicunt domino a quo cōstituti sunt: non vt terrenis insistāt: sed vt bonis moribus populum dei instruant. Vnde Hugo parte: viii. capitulo. xiii: dicit q̃ episcopi vtuntur sandaliis que sunt calciamenta prelatorum ne terrenis polluantur. et baculo vtuntur vt rebelles corrigāt. qui recuruatus est vt mites retrahant. Ornantur annulo vt ecclesiam sanctam sponsam profiteātur. Et ibidem cōcludit Hugo q̃ vestimenta sacerdotum et prelatorum virtutes eius debitas designant. Tunica mundiciam. Zona continenciam. Stola paciencia m. Casula caritatem. Sed heu nunc: nec virtutes habent: nec de subditis sollicitantur: Iuxta illud Zacharie: xi. O pastor & ydolum dere'linquens gregē. Vnde ī tractatu de: xii. abusionibus prelatus negligens numeratur. O quanta abusio: quia se dicunt rectores: nec tamen regunt: sed de temporalibus curam tantūmodo accipiunt: Cōtra

exhortacionem Bernhardi libro quarto :ad Eugeniũ dicentem. Memento inquit saluatorem yconomũ habuisse Iudam. Quid igitur episcopo turpius q̃ incumbere suppellectili & substãciole sue omnia suscitari. de singulis morderi, de suspicionibus moueri ad queuis perdita. Attendat enĩ prelatus qualiter Phutifer omnibus traditis Ioseph: quid haberet in domo sua nesciuit: vt dicitur Geñ. xxxix. Alius igitur temporalia dispensat. et tu de disciplina prouide id nemini tradas: sed super moribus manum vlciscentem adhibe, vt qd enim diuino cultui viri deputantur: si pre ceteris deo non famulantur. Vnde Exodi: xviii. Prouide tibi viros de omni plebe potentes & timentes deum. exemplo Pharaonis qui noluit committere pecora nisi viris doctis: vt patet Geñ: xxxxvii. Nunc tamẽ verificatur illud Ysaie tercio. Dabo pueros principes eorum. Nã plures prelati sunt pueri, quia nescii & inexperti comperiuntur. Attendat enim prelatus quoniam architector fundamentum cum prospicit: grandesq; lapides ĩ fundamẽto ponere solet: sicut fecit Salomon tercio regum: quinto. Lapides enim grandes viros virtuosos designant: super quibo ecclesia fundata est: Iuxta illud ad Ephesios secundo. Superedificati estis super fundamentũ apostolorum & prophetarum. Hii columne erant vt dicitur ad Gallathas secundo. Nunc tamẽ ad ecclesie prelatos dici potest illud Ysaie: xlix. Venerũt seruitores tui destruentes te. Merito igitur Bernhardus miratur libro quarto ad Eugenium. Cur prelati tot inueniunt quibus curam animarum cõmittunt: et tamen cõuenire nolunt: quibus suas facultates in curã exhibeant. Verũtamen q̃ ars arcium est regimen animarum: vt ponit Gregorius in suo pastorali: libro primo capitulo primo. Ad huiusmodi igiẽ regimẽ exercẽdum: sapienciam & virtutem habere maxime necesse est. Fortassis eciam aliqui pretermisso sapiẽcie studio

solis facultatibus intendunt. Verũtamen teste apostolo ad Thimotheũ: oportet episcopũ nõ esse auarũ.

Capitulũ. viii. De oracione faciẽda vt vnꝰ oret ꝓ alio

Vid enim oracioni efficacius. reuera nihil. Vn
q de Luce: xi: dicit. Si quis perseuerauerit pul
sans. Et subditur. surget & dabit illi. Et ad
Thimotheum secundo. Volo inquit vos orare in omni loco leuantes puras manus. Tunc enim manus sũt pure: quando conscientie sunt munde. Tunc enim oracio magne ẽ efficacie. Vnde prima Iohãnis tercio. Si cor nostrũ nõ reprehenderit nos: fiduciã habemus quicqd pecierimus accipiemus. Et iohãnis: xvi. Si quid pecieritis patrem meum in nomine meo dabit vobis. Vnde Trenorum tercio. Leuemus corda cum manibus. Super quo dicit Gregorius: ꝙ ille cum corde manus leuat qui oracionem suam cum operibus roborat: quoniam virtꝰ oracionis est celsitudo caritatis: vt dicit Gregorius libro secundo super euangelia. Nempe Cristiani tanquã fratres oracionibus & aliis munimentis spiritualibus se debent iuuare: ne ab hoste dissipentur: quoniam debemus animas pro fratribus ponere: vt dicit Iohannis tercio. Si enim vnꝰ pro alio intercesserit: tũc Cristianorum cõgregacio erit terribilis vt castrorum acies ordinata: Scribitur cãticorum sexto. Super quo dicit Gregorius libro secundo super Ezech. Omelia: viii. Tunc est acies ordinata quando in nullo est ĩcorrupta oracio. et quando per inimicicias locus non vacuatur nec dissipatur. Nam si per caritatẽ fideles vniantur: tunc malignus hostis ingredi non potest. Cur enim voluit deus vt ex vno homine totum genus humanum diffunderetur: nisi quia vult ꝙ omnes homines sibi inuicem adhereant & vniantur: inquit. Augustinus: xii: de ciui: dei. capitulo: xxi. Nam caritas multos animos vnum: & multa corda vnum facit. vt inqt idem Augustinus super Iohannẽ Omelia: lxxxiii. Nũc

tamen corda hominum diuisa sunt: nec vnus alteri succurrere curat: nec in temporalibꝫ subsidiis. quibꝫ prima Iohannis tercio dicitur. Qui habuerit substanciam huius mundi: & viderit fratrem suum necessitatem habere: et clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet cum illo. quasi diceret ꝙ non. Vnde Ephe. iiii. Supportantes inuicem in caritate, Illi enim in caritate se supportant qui corporis necessaria sibi inuiceẽ exhibẽt: & deuotis oracionibus pro delictis alienis quantum in eis est deum mitigant. Legimus enim apud antiquos tantam fuisse erga proximũ dilectionem: ꝙ pro salute proximorum non solum orare: ymo eciam quecũq; flagella tollerare disponebant. Vnde in libro qui paradisus dicitur: legitur de Serapione qui alio nomine dicitur Syndonius ꝙ se vendidit paganis precio. xx. solidorũ. et eis seruiuit donec eos ad fidem Cristianam conuertit. Cũq; ab eis receperet: peccuniam restituit. Illi autẽ suadebant vt pauperibus eam daret: sed ipse renuit dicens. date eã vos quia non mea sed vestra est. De eodem eciam legitur ꝙ Manicheo cuidam se vẽdidit: cui seruiuit: et tandẽ eum conuertit. Si igitur proprium corpus pro salute proximorum exposuerint veteres, nos merito & per amplius oraciones impẽdere debemus. Vnde apostolus secunda Cor: vltimo dicebat. Ecce libẽtissime impendam: et superimpendar pro animabꝫ vestris. Nempe phas est vt aduertamus quoniã Abraham semp sollicitus fuit altare domino edificare: eiusq; nomen inuocare. Sic vir cristianus preces domino fundere sollicitus esse debet. Quoniã teste Augustino epistola: xlvii. Oracio beatam vitam facit quã omnes appetũt. Quid enim aliud oportet orare: nisi qd̃ cupiũt homines. Et subdit. Oracio plus gemitibus q̃ sermonibus agitur. plus fletu q̃ affatu. absit ĩ oracione multa locucio: sed nõ desit feruẽs intẽcio. Vnde Iob: xxxi: dicebat. Quis

mihi tribuat adiutorem vt desiderium meum omnipo
tens audiat. Super quo verbo dicit Gregorius :xxii.
moralium. Vera inquit postulacio non est in oris voci
bus :sed in cogitacionibus cordis. apud aures dei non
fiunt verba:sed desideria. Ideo de Moyse Exodi:xiiii
dicit̃. Quid clamas ad me. quasi diceret. quid clamor
prodest. Et de Anna primo regum. x. dicitur q̃ ora
bat et non loquebatur. Vnde Matbai:vi. Intra cubicu
lum tuum:& clauso hostio ora patrem tuũ. Nam in vi
tis patrum parte vltima narratur q̃ Iulianus apostata
misit quendam demonem vt portaret ei quoddam re
sponsum. qui demon transiens per locum vbi erat pro
bus monach9:vlteri9 nõ potuit:eo q̃ dictus monach9
orabat. Quod cum audisset Iulianus cito interemptus
est. Oracio igitur demonem eicit atq̃ superat. Debe
mus igitur sine intermissione orare:& nõ deficere:vt
inquit apostol9 prima Thimo. v. Et prima Petri:iiii.
dicit̃. Vigilate ĩ oracione:et hoc ĩ spiritu & veritate.
Capitulum. ix. De predicatoribus.

P Redicatorum vocacio veritas sit:et non pro
pria comoditas. Si enim predicans regnum
dei propriam comoditatẽ veritati preponat.
sua predicacione parum proficere valebit. Veris autẽ
verbi diuini exclamatoribus ait dominus per prophe
tam. Preparabit̃ veritas mea in eis. Nempe libro ter
cio historie triptite. capitulo:viii: dicitur q̃ cum dele
ctacionis disputacione tractaret̃ negocium fidei. vn9
quidem ex predicatoribus verbi dei laicis obuiauit di
cens. Audite fratres quoniam artem dyaleticam non
tradidit nobis Cristus: nec apostoli vanam verborum
fallaciam: sed puram scienciam fide & bonis operibus
seruandam. Ipsos igitur imitando veritas est dicenda
Insuper ibidem narratur qualiter senex quidam veri
tatem sic hortabatur cuidam philosopho dicẽs. O phi
losophe audi dogmata veritatis. Vnus est creator om

nium, et verbum eius quo creauit omnia filij eius est
Hoc igitur si credis: noli inuestigare studio. Ad cuij
verba philosophus mirabili quadam virtute cõuersus
est. Vnde psalmista: lxvii. Dabit enim dominus verbũ
euangelisantibus virtute multa. Nã in vita sancti Ce
sarii legitur q̃ spiritus sanctus sermonem suum dispo-
nebat vt hominum consciencias sua predicacione con-
uerteret. Ex quo potest colligi q̃ non ex nobis: sed ex
spiritu sancto in predicacione loquendum est. Insuper
Augustinus sexto libro confes. de seipso narrat q̃ ipso
predicante: Alippius intrauit. quo intrante Augusti-
nus p̃dicare cepit valde mordaciter cõtra ludos quos
dam quibus Alippius intentus erat. De ipso tamen
Alippio nullo modo cogitauit. et tamen Alippius om
nia propter se dici credebat. Et subditur q̃ Alippius
uersus ẽ. eiusq̃ correctio Augustino fuit attributa.
Et ideo subdit Augustinij. Per me inquit licet me ne
sciente bene operatus es domine. Simile eciam de eo
dem Augustino ĩ eius vita narratur: quomodo ipso nõ
cogitãte: sed deo ministrãte: contra errorẽ Manicheo
rum in mensa sedendo loquebatur. ibiq̃ interfuit qui-
dam qui Manicheus erat: qui post biduum venit ad
eum flens & confitens se fuisse Manicheum quousq̃
audiuit eum loqui. Patet igitur qualiter predicacio a
spiritu sancto ministratur & per ipsũ roboratur. Nũc
autem plures predicãtes pocius proprio ingenio q̃ in
diuina inspiracione confidunt: nec veritatem curãt q̃
mulgare: sed pocius auditoribus placere volentes dul
cia quedam proponunt. itaq̃ non docent cum docere
non teneantur. Quibus Osee quarto dicitur. Quia tu
repulisti scienciam: ego te repellam ne fungaris mihi
sacerdocio. Illi enim sciẽciam repellunt qui veritatem
predicare negligunt. Quibus Gregorius: xxi: moraliũ
sic inquit. Absq̃ iure ecclesie fructus comedũt qui ec
clesiastica comoda ad vsum corporis accipiunt: et ex-

hortacionis ministerium populo non impendunt. Nos inquit pastores officium preconis suscepimus: sed ecclesiastica alimenta corpori debita suscipimus et quod subditorum est non impendimus. Quod est contra illud Ezechielis tercio. Audies verbum ex ore meo et ãnunciabis eis. Cæterum Gregorius primo libro: omelia secunda. Prepositus sine culpa non est: quando verba vite subiectus populus non audiens ex sua culpa nõ moritur. Ille enim occidit qui tacẽdo morti consentit Qui igitur preest si tacuerit: reus mortis tot vicibus inuenitur quot permittit tacẽdo duci ad mortem. Et ibidem omelia: xviii. Pensemus inquit cuius damnacionis sit sine labore mercedem laborũ percipere. quasi diceret ꝙ viuẽtes ex bonis ecclesie: ad veritatis predicacionem debent insudare. Nam doctrina a sacerdotibus expectatur: vt sonant precepta veteris legis: vt inquit Ieronimus epistola: xliii. Et Apostolus ad Titum. Oportet inquit episcopum doctrina esse fidelem vt potens sit exhortari sana doctrina. Ille enim potẽs est qui non solum verbis sed eciam bone vite exemplo ꝑdicat. Quoniam peccatori dixit deus. Quare tu enarras iusticias meas: & assumis testimonium meum per os tuum. quia scilicet predicantes sermonem efficacẽ non habent si operibus verba contradicunt. Quapropter Gregorius moralium: xxx. Tunc inquit est sermo viuus & efficax cum predicator in vita pura & sancta atq; perfecta est. sicut fuit Stephanus: de quo Actuũ septimo dicitur ꝙ non poterant resistere sapiencie & spiritui qui loquebatur. Insuper libro quarto ecclesiastice historie legitur ꝙ sancti patres cum olim conuenissent ad concilium Nicenum: ibi philosophi disputaciones & dubia mouerũt in tantum ꝙ maximum fuit spectaculum: maximaq; congregacio audiencium. nec poterat quidam philosophꝰ ibi existens ab aliquo concludi. Vir igitur quidam sciencia simplicissimus: san-

ctus tamen et bone vite cõtra philosophũ arguere vo-
luit. sed assistentes propter derisionem non permitte
bant. nichilominus tamen constanter ad philosophum
accessit hec verba dicens. In nomine Ihesu cristi philo-
sophe audi. quoniam deus vnus est qui fecit omnia in
verbo: scilicet filio quem credimus hominem factum
& mortuum & passum. Que verba cum audisset: tan-
te fuerunt efficacie q̃ philosophus credit: et Cristian9
factus est. Itaq̃ & ille qui a nullo concludi poterat p
humanam scienciam a simplicissimo viro conclusus est
Ex quo patet q̃ vite sanctitas: et non intellectus inge
niositas: predicantis verbum efficax reddit. Ceterum
eodem libro capitulo secundo legitur q̃ mulier quedã
captiua fuit apud gentem Ybernorum: que in sua cap
tiuitate vitam sanctissimam ducebat. Accidit tamen
q̃ adolescens quidam egrotaret: cuius mater per sin-
gulas domos ibat remedium petens. Ad illam igitur
captiuam cum venisset interrogauit: an remedium p
filio suo sciret. que respondit q̃ aliud remedium non
sciret: nisi q̃ Cristꝰ in quem credebat ipsum sanare po
terat. Oracione igitur fusa infantem sanum reddidit
cuius mater miraculum per totum regnum promul-
gauit. Regina igitur hoc audiens cum infirma esset:
ad predictam captiuam accessit. et fusa oracione sanita
tem accepit in nomine Ihesu cristi. Quapropter regi-
na Cristum esse verum deũ suo marito nũciauit. Cũq̃
rex conuerti differret: accidit in venacione vt in tene
bris maximis esset. Cristum igitur inuocauit dicens.
O Criste si deus es nunc me libera. Et protinus luce
clarescente liberatus & conuersus est. Ecclesiam igit̃
edificari fecit. et ad Constantinum vt sacerdotes mit
teret scripsit qd̃ & fecit. Cũq̃ columna quedam eccle
sie humana virtute eleuari non posset. predicta capti-
ua oracione impetrauit hoc vt eleuaretur cunctis ad-
mirãtibus. Vnde patet q̃ vite sanctitas plus facit ad

cõuersacionem q̃ sciẽcie ĩgeniositas. Vnde Ysaie:xxxx dicitur. Super montem excelsũ ascende tu qui euãge lisas syon. Ille enim super montem ascendit qui in sanctis operibus viuit. Ille autem euangelisat qui diuinũ verbum predicat. Vnde Ezchielis primo. Speculatorem dedi te qui in alto conspicis.

Capitulum decimum De scolasticis.

Icet omnia scire bonum sit. diuine tamen veritati potissime intendendum est. quia nec fallit nec fallere potest. Legimus enim geñ:xvi qualiter Abraham ancillam domine subiecit. Sic omnes humane sciencie diuino scrutinio debent ancillari Vnde Augustinus libro secundo de doctrina cristiana sic inquit. Homo quicquid extra sacram scripturã didicit: si noxum est ibi damnabitur. si vtile est ibi inuenitur. Vnde idem Augustinus epistola tercia. Nulle inquit littere compande sũt duobus preceptis domini ĩ quibus est omnis ars. Ibi enim phisica. quia causa omnium naturarum deus est. Ibi Ethica. quia nõ nisi diligendo deum vita bona formatur. Ibi Loyca. qa deus lumẽ est anime. Ibi salus reipublice. quia nisi dominus custodierit ciuitatem & cetera. Ibi est sacra sapiencia Prouer. viii. inquiens. Audite nãq; de rebus magnis locutura sum. et apperientur labia mea vt recte predicent. veritatem meditabitur guttur. hec enĩ dat intellectum paruulis. Vnde Sapiencie:vii. Optaui inquit scilicet sapienciam: et datus est mihi sensus. et inuocaui: et venit in me spiritus sapiencie. In hac autem sapiencia teste Hugone in didasco. parte quinta. In proprio ingenio non est confidendum. quia pocius oracione q̃ studio acquiritur. Vnde Mathei. xi. Abscõdisti hec a sapientibus & prudentibus: et reuelasti ea paruulis. Vnde Cassianus in col. patrum. Cupientes inquit ad noticiam scripturarum pertingere: nequaq; debent suos labores cõmentariis impendere. sed om-

nem industriam mētis & intencionē cordis erga emē
dacionem vicioꝝ detinere. quibus expulsis sacrā scrip
turam contemplantur: sicut ab oculo purificato colo
res intuentes. Narrat eciam Cassiodorus libro de in
stitucione scripturarum: ꝙ ipse cū explanacionē cuius
dam questionis inquireret. septem diebus ac noctibꝰ ī
oracione pstitit quousq; deo reuelāte cognouit. Huius
igitē sapiēcie studium potissime bonis operibus exerce
tur. Vnde hugo vbi supra. Bene inquit scripturam stu
det qui ea que audit opere complet. Vnde libro: ix.
historie triptite de quodam abbate narratur qui cum
audisset versum istum psalmiste. Dixi custodiam vias
& cetera. et tūc āplius noluit audire dicēs sibi sufficè
si qd audierat posset īplere. Vnde anno vite sue: xlix:
interrogatus an predictum versum didicisset & com
pleuisset: respondit ꝙ vix implere potuerat. Non igitē
in magnis difficultatibus: sed in bonis operibus sacre
scripture studium versatur. Vnde ecclesiastici: lxxxii.
Pie agentibus deus dedit sapienciam. Quis enim tam
stultus vt eum dicat sapientem: cuius vita mala ē dis
soluta & enormis. Omnis enim dissolucio ex insipien
cie radice manat. Ille igitur putandus est sapiens qui
opera sua dirigit sapienter. et ea que facit: sapientē fa
cere decet. Nam iste est fructus vere philosophie. scili
cet bene loqui secundum suum statum. et consequen
ter bene viuere vt dicit Apuleꝰ de deo Socratis. Vn
de Aristippus philosophus cuidam tiranno interrogā
ti quid studium philosophie sibi prodesset. respondit:
vt cum omnibus hominibus secure & intrepide sciam
fabulari. Nam apostoli populum dei sic conuerterunt
quia vnumquēq; secundum suum statum docuerunt.
Nunc dominis: nunc seruis: nunc patribus: nunc filiis
nunc vxoribus veritatem suadentes. Vnde Ephes. v.
Viri diligite vxores vestras. Et ibidem: vi. Filii obe
dite parētibus. serui obedite dominis. Item prima Pe

tri secundo. Serui subditi estote & cetera. Et ibidem tercio. Mulieres sint subdite viris suis. Et prima Iohannis secundo inquit. Scribo vobis patres. scribo vobis adolescentes. scribo vobis infantes. Insuper gentiles conformiter fecerunt. Vnde Pompeius libro: viii. & Policratus libro: vii. capitulo: iiii. pariter narrant qualiter Pitagoras audiens vrbem Cratomoꝝ esse dislutam venit vt doceret. Itaq; alio affatu viros: alioque matronas hortabatur: vnicuiq; veritatem predicans. Itaq; secũdum statuum varietatem leges & mores descripsit. Racione igitur pociori diuini verbi predicatores animo valido debent detegere. Sed plurimi ĩ suis abditis proximis detrahunt: quorum peccata corrigere vbi phas est negligunt. ibiq; locuntur vbi tacendũ est. Nam ecclesiastici: xii: dicitur. Vbi non est auditus non effundas sermonem. Congruit igitur loquendi tẽpus & locum explorare. Vnde primo saturnalium legitur ꝙ Socrates grecus orator in conuiuio existẽs rogatus fuit vt de fonte sue eloquencie aliquid proponeret. qui rẽnuit dicens. Nil inquit tam gratum est philosophie sicut locis & tẽporibus aptare sermones. Vnde Ecclesiastici: xi. Prudencie statera ponderabnntur quia scilicet loquendum est secundum exigenciam locorum & personarum. Vnde Valerius libro sexto: capitulo vltimo narrat de Senocrate qui cum gratis eloquiis mores astrueret: vidit quendam superuenientẽ cuius crimina grandia erãt. et ideo materiam de qua loq̃bat̃ pretermisit vt pcta illi9 detestari posset. Idẽ Ecclesiastici: xxxvii: dicit̃. Cũ viro irreligioso de sanctitate tracta. & cũ iniusto de iusticia. Vñ Seneca epistola .c i. dicit: ꝙ talis debꝫ eẽ phus vt ad ipsũ veniẽs semp aliquid ferat: & ĩ aliquo melioret̃. Pocius igit̃ in verbo p̃dicantis ꝓfect9 debet haberi. Quoniã sicut dicit̃ Coꝝ. primo. Sermo me9 & p̃dicacio mea nõ est ĩ persuasionibus humane sciencie: sed in diuinis eloquiis.

Tractatus tercius Libri tercii qui est de statu principum & nobilium. Cuius capitulum primũ est de Clemencia nobilium & principum.

Int principes clementes exemplo antiquorũ. Narrat enim Valerius libro: viii. capitulo quinto de quodam qui propter homicidium morti condemnatus erat. et cũ morti proximꝰ esset: ait iudici. Meã non recuso mortem. sed meos defleo paruulos: quos tibi recõmendo. Misericordiam igitur obtinuit pietatis causa. Itaq; innocencia veniam impetrauit: vbi pietas paruulorum indulgeri fecit. Narrat eciam de quodam qui libidinis causa condemnatus erat. sed veniam impetrauit: eo q̃ suam impericiam sponte declarauit. Beati igitur misericordes qnoniam ipsi misericordiã consequentur. Matbei quinto. Narrat enim Augustinus libro: viii. de ciui. dei. de quodam: cuius nomen Axes: qui morti condemnatus erat: et homicidii reus habebatur. Iudicantibus tamen diis. xii. absolutus est a sentencia sex deorum illorum. xii. qui venerabantur apud Attbenienses: quibus lex erat q̃ si voces iudicũ erant equales: tũc absolucio iusticie preponebatur. Si igitur gentiles deum non cognoscentes indulgere studuerunt, merito & pocius cristiani iudices hoc facere debent: vt scilicet pocius indulgenciam q̃ rigorẽ exerceant. Verũ tamen iudices prelatiq; plures fauore vel ira seducti: causas subditorum non discuciunt. sed cũ rigore sue temeritatis subditos affligunt. Vnde narrat Augustinus. vi. confes. capitulo. xi. de Allippia collega suo quomodo apud Carthaginem fuit deprehensus de furto: sed sine causa. Accidit tamen diligenti discussione facta q̃ ĩmunis erat. quia puero quodam reuelante qui furtum cõmiserat repertus est. Et concludit ibidem Augustinus. Non arbitror inquit ob aliam causam deum hoc permisisse: nisi q̃ vir ille scilicet

Allippius qui tantus futurus erat inciperet discere q̃ homo non de facili iudicandus est. Vnde de ipso narrat q̃ assistendo & iudicando pretulit equitatem cuicũq; potestati: Iuxta preceptum domini Exodi: xxiii. Nec iudicio plurimorum acquiescas: scilicet vt a vero deuias. Et ibidem. Nõ declinabis iudicium pauperis. Vnde Leuitici: x. Non iniuste iudicabis. Et subdit̃. Noli facere iniquum aliquod in iudicio: sed omnia ĩ regula pondere & mensura. Ideo iniunxit beatꝰ Ambrosius Theodosio imperatori: vt ante tricesimum diem nullum condemnaret morti. quia non ex libito uec ad libitum procedendũ est. Nã & de domino Gen̄. xviii. capitulo dictum est qualiter clamor Zodomorum venit ante eum. non tamen statim condemnauit. sed ait. Descendã et videbo & cetera. quia scilicet cũ magna deliberacione iudicandum est: et non cum ira vel furore. Sapiencie. xii. Et tu cum tranquillitate iudica. Ira enim iusticiam non operatur. Iacobi primo. Vnde Seneca libro de ira narrat de quodam iudice tirãno qualiter tres milites innocentes propter iram suam condemnauit: quia redierant sine suis cõmilitonibus siue sociis: imponens eis q̃ illos ĩterfecissent. Precepit enĩ cuidam militi vt primum duceret ad locum supplicii. Cũq; tamẽ duceret eũ venit cõmilito siue socius illius qui ad supplicium ducebatur. et tunc ad iudicẽ rediit vt ille excusaretur. Quod videns iudex iratus est. primoq; militi dixit. Te iubeo interfici: quia semel damnatus es. Secundo dixit similiter. quia causa damnacionis tui cõmilitonis fuisti. Tercio dixit. Et te iubeo occidi. quia iusso occidendi precepto nõ parusti. Ideo Ysidorus libro tercio de sũmo bono. capitulo: xxv. Iudex inquit iracundus examen iudicii intueri nõ valet quia caliginem furoris excecat? non videt. Vnde Augustinus epistola. xxxv. ante finem concludit dicens. Nõ debet inquit iudex vendere iustum iudicium aut

detestari verum iudicium: licet vendat aduocatus iustum patrocinium: et iurisperitus verum consilium. Illi enim inter vtrãq; partem examinis adhibentur. Isti vero ex vna parte consistunt. Nihil igitur turpius. nil sordidius q̃ iudiciũ vendere: vt ponit Augustin9: vii. confes. Nam iudicium si fiat ad precium: sordibus cõputatur: vt ait ibidem libro quinto. capitulo secundo. Quia cum iudex sit dominus iusticie. si igitur iusticiã vendit. suam dominam precio exponit. Verũtamen illud Osee tercio verificatur. Puellam inquit vendiderunt vino vt biberent: scilicet iusticiam. Sed qui emit non letetur: vt dicitur Ezechielis primo. quia vendi-tor & emptor peccant. Tales enim figurantur Numeri. xxii. in Balach qui corrupit Balaam muneribus & excecauit. Vnde Petronius sic ait. Quid faciũt leges vbi sola peccunia regnat. aut vbi paupertas nullo iure vincere potest. Iam igitur iudicium nihil est nisi publica merces. Quapropter tulius libro tercio. capitulo xi. ait q̃ a maioribus hoc accepimus q̃ contra iusticiã nihil agamus. Maiores enim predecessores vocantur Vnde agellius libro quinto de ymagine iusticie vultũ senex depinxit: verbaq; veneranda colorauit. Et sequitur. forma virginali aspectu vehementi sine formidine eam intronisauit. Quia scilicꝫ iudices formidari nõ debent qui iusticiam agunt. Vnde valerius libro. vi. capitlo tercio narrat de iudice vrse qualit fuit excoreat9 eo q̃ nullã iusticiã faceret. et sup ei9 pellẽ filiũ ei9 tanq̃ iudicẽ sedè assistẽtes cogerũt. Faciẽda ẽ igit iusticia: admixta tamen decenti pietate: sicut Ioseph fecisse legit. Capitulũ secundũ de bonis principibus

p Rincipes sunt constituti vt populum foueãt & protegant. Vnde Moyses orabat vt deus prouideret hominem propter multitudinem populi: qui posset exire & intrare ante eos: vt dicitur Numeri: xxvii. Olim non genologia: sed merita subli-

t3

mabant. quia bonis: et non tantum generosis principa
tus debet. Nam Quintius cum propriis manibus cole
ret terram: factus fuit consul. Itaq; ab aratro vocatus
est ad dominium. Et cum suo consilio victoria adepta
fuisset: ad pristinam paupertatem reuersus est: vt nar
rat Augustinus quinto de ciui: dei. capitulo: viii. Nõ
igitur dominandi ambicio: sed succurrendi atq; regen
di auiditas principibꝰ adherere debet. Vnde Valeriꝰ
libro: viii. capitulo tercio de Artilio narrat qualit ab
aratro vocatus est ad imperiũ romani populi suscipiẽ
dum. Ee ideo de illo tempore dicit q patrie rem vnꝰ
quisq; non suam augere ꝓperabat. pauperq; in diuite
imperio: diues ĩ paupere aduersari malebat. Vnde So
linus libro quinto. capitulo quarto loquendo de popu
lo cuiusdam insule. Populus inquit ille eligit spectatũ
moribus & inueteratum clemencia. Nam de regibus
israhel dictum est. Reges israhel clementes sunt. Nũ
quid Ioseph clemens extitit. Nunc tamen qui dominã
tur tiranni sũt: et sue fortitudini dominea: & non deo
que obtinent ascribunt. Nichilominus omnis potestas
a domino deo est: vt dicitur Ro. xiii. Et Iohãnis. xix.
dicitur. Non haberes in me potestatem nisi tibi esset
datum desuper. Et sic verificatur illud Osee. viii. Ip
si regnauerunt et non ex me principes extiterunt. sci
licet mali: quorum dominia diuine ordinacioni non sũt
ĩputãda: ꝗ subditoꝝ prauitati. Iuxta illud Iob: xxxiiii.
Ipse enim facit regnare hominẽ ypocritam super pec
cata populi. Et Osee: xiii: Dabo tibi reges in furore
meo. Si igitur populus nunc peccat: nõ mirum si prin
ceps impius regnat. Nam principes impii sunt qui cũ
furore agũt. tantũmodo rapiunt: muneribusq; iusticiã
peruertunt. Et qui positi sũt in defensam populi: ipsi
offensam inferunt. Cuius oppositum Romanos nobi
les legimus fecisse: vt narrat Pompeius libro: xviii.
q cum Tyneas Romam fuisset missꝰ a Pirro vt pacẽ

confirmaret: grandia munera secum detulit. sed suscipere Romani noluerunt. et sic ille gracia inuenit. Vnde Romani iudices hostia claudebant: ne cum muneribus itrare posset. Similia narrat Valerius libro quarto. capitulo. xiii. et libro: viii. capitulo quarto de Pytracio Milleno qualiter partem agri de consensu omnium sibi oblatam refutauit dicens virtutum gloriam magnitudine minui. Sed quid dicemus. Nã teste Seneca epistola: xviii. Phares rex neminem salutauit sine munere. et tñ Ecclesiastici: xx. dicitur. Quoniam encenia & dona excecãt oculos iudicum. Ideo propheta inquit. Qui munera super innocentem non accepit: semper habitabit in tabernaculo tuo. Vnde Gregorij moraliumi: x. Tres inquit sunt accepciones munerum ad que ex fraude festinatur. Nã accipi solet a corde gracia. ab ore gloria. a manu peccunia. a quibus iustus debet excutere manus. Et idem in registro libro quinto Encenia inquit vestre sanctitatis accipere nolui. quia incongruũ est pauperibus quicquã accipere. Vnde Salustius narrat qualiter Roma in cupiditatem versa ẽ. et ideo ipsa cito peritura nunciabatur. De quo Iuuenalis. Omnia inquit Rome cum precio fiunt. Attendant igitur principes vt non propriam comoditatem: sed reipublice vtilitatem intendãt. Quia teste Augustino super Matheũ. x. Gentiles olim ob amorem reipublice filiis propriis non pepercerunt.

Capitulũ terciũ De pietate & misericordia principũ

c Vm principibꝰ sit cõmissum vniuersi regimẽ: expedit vt mẽbrorum defectibus compati discant, alias enim respublica diuturna fore non potest. Vnde Ouidius libro de tristibus. Si quociens peccant homines sua fulmina mittat. Iupiter ex alto cito inermis erit. Que verba sonant principem debere misereri. Vnde & veteres clementes extiterunt. Vnde narrat Valerius libro quinto q̃ Marcellius hostes

suos Syracusanos cepit. Inter quos fuerat vnus qui erat ditissimus: quem intuens Marcellius: & considerans suum infortunium: a lacrimis abstinere non potuit. Narrat insuper qualiter Cesar aspiciens caput Pompey inimici sui: lacrimas dedit. Vnde Seneca. Magnarum virium est offensam negligere. Et Boecius. Maximum genus vindicte est posse vlcisci. nam sufficit posse. Item Valerius vbi supra narrat qualiter Cesar audita morte Cathonis emuli sui fleuit: et patrimonium suis liberis incolume reseruauit. ipsosque fouit & protexit. Hoc eciam recitat Augustin9 quinto de ciui. dei. capitulo. ix. Vnde virgilius. Tu regẽs imperio populum romanum memento. Parcere subiectis: & debellare superbos. Et alibi. Sit piger ad penas princeps ad premia velox. Vnde Solinus de Cesare dixit q̃ clemencia pocius q̃ armis vincit. Item Valerius libro quinto de Alexandro narrat qualiter videns in suo exercitu militem antiquũ frigoris tempestate afflictum: sibi compassum: propriis manibus eũ accepit de sua sede sublimi descendens: et in sua sede eum posuit. Et ideo Iacobus in sua canonica ait. Iudicium sine misericordia fiet illis qui non faciunt misericordiam. Vnde veteres clemẽtes extiterunt. quia sicut narrat Valeri9 libro quinto. capitulo primo: Marcus marcellius clemẽtissimus fuit. Nam cum multos Siracuzanos captiuos haberet: ipsosq̃ afflictos videret flere cepit pre nimia cordis tristicia quam habebat de infortunio eorum. Insuper Virgilius: vi. Eneid. narrat q̃ Eneas piissimus fuit: sic dicens. Tu regens imperio populum Romanum memento. Hee tibi artes erunt pacemq̃ imponere recte. Parcere subiectis & debellare superbos. Item in historia Troianorum legitur q̃ Tytus tante clemẽcie fuit q̃ omnibus prodesse cupiebat: nullique nocere studebat. Item Valerius libro quinto: capitulo primo recitat q̃ Pompeius regẽ Ar-

menie cũ cepisset. qui tũ contra Romanos multa mala gesserat: ac eciam Metdatem Romanis ĩfestissimũ suis viribus protexerat. Nihilominus ipse Pompeius regem Armenie predictum benigne suscepit. et dyadema quod de capite suo abiecerat: ei imposuit: atq; in pristinam fortunam restituit. iudicans eque pulcrum esse facere reges sicut vincere. Quapropter Seneca libro primo de clemencia: capitulo quinto sic dicebat. Nullam inquit rem magis q̃ clemenciam principẽ habere decet. Vnde libro eodem: capitulo quarto narrat de quodam qui diebus cunctis vite sue semper studuerat qualiter de hostibꝰ vindictam habere posset. Cũq; tamen semel contigisset q̃ hostem vincere non poterat a sua vxore consilium peciit quid facturus esset. Ipsa respondit q̃ more medicorum facere deberet. Nam ex perti medici dum vident q̃ vna medela nõ prodest: aliam contrariam tribuunt. Sic pariter dicebat viro suo q̃ deceret vt temptaret: si clemẽcia sibi proficere posset: exquo vindictam exercere non posset. Nihil inqt cum crudelitate hucusq; profecisti. Nũc igitur tẽpta qualiter tibi succedat cum clemencia. Hiis igitur dictis vir gauisus fuit & leto animo inimico suo pepercit. quem exinde amicum fidelissimum adinuenit. Patet igitur q̃ vtilior est clemencia crudelitate. Nã inimicum vincere si laudabile est. laudabilius tamen est sine inimico viuere. maximeq; laudabile inimico indulgere. Ideo concludit ipse seneca libro preallegato: capitulo: x. q̃ licet apes aculeum habeant. rex tamen apum aculeo caret. Clemencia igitur virtus est que principi debetur. Ideo Cristus Luce: vi: dixit. Estote misericordes sicut pater vester celestis misericors ẽ. Tradit enim Policratus libro quinto: capitulo: vi: q̃ Plato suis discipulis sepius dicebat. Cum potestas seuit ĩ subiectos: idem est ac si pupillum tutor persequatur. Sicut igitur tutor erga pupillum debet esse clemens

sic viri cuiuscũq; potestatis debent proximorũ fauere iuri. Naturale enim est q̃ animal quod est potencius: eciam sit clemencius. Nam Catulus ab Hymulo nihil patitur. Leo eciam homini prostrato indulget. Vnde Vegecius libro quarto: capitulo quarto narrat q̃ Philippus muliercule cuidam paupercule in tantum misertus fuit: q̃ licꝫ ipsa verbis ipsũ infestaret. nihilominus de facultatibus suis secretissimis eam recreauit. Quapropter multum racionabiliter Seneca libro primo de clemencia: capitulo quarto: ad clemenciam hortatur dicens. Libet vt clemens sit qui vult deos esse sibi clementes: vt talis sit vnusquisq; quales sibi vult esse deos.

Capitulum quartum Quomodo principes debent colere deum.

Sicut narratur in historia triptita: libro primo q̃ Constantinus factus cristianus: cultum diuinum in tantum dilexit q̃ tabernaculum adistar ecclesie factum secum deferri iubebat. Cui sacerdotes & ministri ecclesie assistebant: precibusq; intendebant. Romanorũq; diuerse cohortes eiꝯ exemplo similiter fecerunt. varium tamen diem secundum diuersas opiniones elegerũt. Vnde sacerdotes & dyaconi dominicam diem coluerũt. Alii vero feriam sextam pretulerunt. quia dominus in ea passus ē. Vnde apud Romanos feria sexta prius celebrabatur. nec racionabili causa hoc caruit. quia sicut narratur vbi supꝫ Constantinus ī virtute sancte crucis plurimas victorias obtinuit. Nam cum preliaturus esset: quasi in somno cõstitutus vidit signum crucis in celo: & angelos dicentes O Constantine in hoc signo vinces. et extunc signum crucis iussit preferri ante se tanq̃ vexillum victoriale Eciam habetur hoc libro: ix. ecclesiastice historie: capitulo. xix. vbi dicitur q̃ in dextera sua signum crucis gerebat ex auro factum. Non mirum igitur si Romani sextam feriam ante diẽ dominicũ diu coluerũt.

quia tamen in resurrectione consumacio facta fuit nostre redempcionis. Ideo ecclesia diē dominicā colendū ordinauit. Nec tamen illi colūt qui iocis insistunt: seu qui ocio torpent. sed isti tantū qui bonis operibus oracionibusq; insistūt. Posco igitur vt attendamus quanto studio predecessores nostri dies celebres coluerunt. Narratur enim in historia triptita: libro secundo q Theodosius apud Tessoloicam ciuitatem fere septem milia hominum iussit occidi: eo q indignat9 erat q sui os quosdam iudices lapidauerant. Hoc tamen pacto ad Mediolanum rediens ecclesiam ingredi voluit. cui occurrens de foris beatus Ambrosius: sic eum alloquebatur. O imperator attēde: quia dominus vnus ē rex omnium & creator. Quibꝰ ergo oculis aspicies dei tēplum. aut quibus pedibus calcabis sanctū illius pauimentum. qualiter manus extendes de quibus adhuc sanguis iustus stillat. quoniam hiis manibus sanctum domini corpus suscipies. Vnde subdit. Forte enim recognicionem peccati prohibet potestas imperii. decet tamen vt racio vincat potestatem. Recede igitur: tuāq; non queras augere iniquitatē. Hiis autē sermonibꝰ obediens flendo ad regalia remeauit. Cūq; tamē octo mensibus ecclesie ingressu priuatus fuisset. dieq; natiuitatis saluatoris appropinquasset. tūc Theodosius lacrimis & gemitibus feruentissime lugebat dolēsq tante diei cultui non assistebat nec assistere valebat. Sed cum tātas lacrimas vidisset Ruffinus milicie sue princeps: causam tanti gemitus inquisiuit. Cui Theodosius ait. Tu Ruffine luges. et ego lamentor. Nam meis seruis tēpla aperta sunt. me autem exorantem īgredi prohibet. Ruffinus autē apud Ambrosiū exhibuit se intercessorem: sed nil obtinuit. Theodosius autem lacrimis & precibus sibi veniam dari meruit. et ī cunctis tanq; filius ecclesie obediuit. Ex hac igitur historia discat fidelis quantum fuit in Theodosio cultus

diuini desiderium. quantum diem celebrem venerari petiuit. quanteq; obediencie extitit. Et ideo dominus sibi benedixit: et in dei virtute inimicos superauit: vt dicitur vbi sup̄: capitulo: xxviii. Decet igitur principes deum & ecclesiam colere. Nam veteres cum omni genere musicorum deos suos colebant. qui tamē dii in ualidi: nullius q̄ potestatis erant. Pocius igitur deum verū tenemur venerari. Narrat enim Valerius libro tercio: q̄ Alexandro sacrificante astabat ei vnus thuribularius: cuius brachio carbo ardens illapsus est ī tantum q̄ caro eius aliqualiter cōburebat̄ ex lapsu vnius carbonis. atq; circumstātes hoc odorabāt. nihilominꝰ tamē dolorem silencio cooperuit: & brachium īmobilem tenuit: ne forte Alexander sacrificium dimitteret. Ecce quantus zelus ad deorum cultū. Attendamus qualiter Dauid: licet occupetur duodecī regnis nihilominus tamen sepcies in die laudes deo refundebat. Vnde dicit in psalmo. Sepcies in die laudē dixi tibi. Item refert Cassianus de Beato Anthonio qualiter tota nocte orauit. et cū sol oriretur de mane dicebat. O sol cur me impedis ab huius veri luminis claritate. Nam tota nocte ī contēplacione steterat. Item de beato Eusebio legitur qualiter a vesperis sabbati vsq; ad solis ortum diei dominice īmobiliter manibus extensis permanebat. Ex quibus omnibus concluditur q̄ diuino cultui insistendū est: maxime cum beneficia suscepimus. Vnde Gregorius in omelia. Cum inquit augētur dona: raciones eciam crescāt donorꝫ. Tanto igitur humilior atq; ad seruiēdum deo prompcior quisq; esse debet ex munere: quanto se obligaciorem esse cōspicit ī reddēda racione.

Capitulū. v. de moribꝰ principū

Obiles sic nuncupari nō merentur: nisi bonis
n & honestis moribꝰ floreāt. Quia teste Cassiodoro epistola: ix. decet quēq; honorē quem gerit nomine moribus exhibere. Vnde Tul. in philip.

prima. Vos nobiles quedã spectare decet: non peccu-
niam: neq; opes violentas: sed caritatẽ ciuium & glori
am concupisse. Quia teste Cassiodoro epistola tercia.
Conuentus sapientum dignitas est imperanciũ. Eru-
bescant igitur huius temporis nobiles quibus mos est
ex sua nobilitate peccandi suscipere audaciam: vanãq;
iactanciam ex suis parentibus promulgant: eo tamen
pacto quo parentes sua virtute nobilitatẽ receperũt.
eodem pacto isti sua viciositate nobilitatẽ terminaue-
runt. Expedit enĩ teste Sydonio ĩ suo epistolari: libro
quinto: nobilem esse sine superbia. sine inuidia poten-
tem. sine superticione religiosũ. sine iactancia littera-
tum. Nunc autem filĩi nobiles se putant qui fastũ suis
incessibus monstrant. Habent enim calcios acutos vt ĩ
gressibus ambulare discant. ferunt dextrocheria: ar-
millas & ornamẽta & vestium varietatem: atq; dispa-
ritatem excogitant. Non sunt tamen arguendi ex ho-
nestate: sed ex pomposa vanitate. Cur enim dominea
obtinent: nisi vt regãt. sed regere quomodo possunt si
se regere nequeant. Dicit enim Socrates q; qui mul-
tarum rerum potestatem habet: primum consciencia
purgare debet. Stultũ enim est vt imperare quis ve-
lit: cum ipse sibi imperare non potest. Et subdit. Age
sic alienum vt tuum non obliuiscaris negociũ. nulliq;
impones quod tuipse pati non posses. hoc exhibe qd ti
bi optaueris exhiberi. Si bene egeris ipse tibi perso-
ne auctoritatẽ dabis. Quomodo igitur isti dicunt prĩ
cipes quorum pocius superbia q; sapiẽcia regnat. nec
curant leges obseruare quibus alios astringũt. Impor-
tune enim necant. stuprant. rapiunt. adulteranẽ: & si-
milia facientes anathemisant. Verũtamen Catho ait.
Patere legem quam tu tuleris ipse. Si enim attendat
princeps qualis eius nominacio fuerit: peccare verebi
tur: cum sit datus populo non tantum in domineũ: sed
eciam in exemplum. Nam teste Seneca. Principem

peccare non decet cum possit. Precorq; q̃ non solũ manus & linguam: sed eciam oculos continere debet. Vnde Galterus in Alexandreidos libro. vi. Maiestas regia magni ponderis esse solet. Et Ouidius quarto tristium. O qui nominibus generosis flores exuperas: ac morum nobilitate genus. Animaduertant igitur principes: et nobilitatẽ exornent moribus: vt pocius virtutibus q̃ pompis intendant. Nam superbia reges plurimos seduxit: et adhuc forsan captiuat. Plures nãq; sũt qui tanto tumore superbiunt q̃ suis subditis loqui dedignantur. turpeq; putant popularibus exhibere colloquium. Narrat tamen Valerius libro. vii. q̃ Publius Valerius consul Romanus adeo semp plebem dilexit vt merito Publiculus cognominatus sit. Et Eutropius refert q̃ cum Vulpius ab Auicẽna redarguereẽ eo q̃ nimis cõmunis esset. respondit dicens talem imperatorem debere esse priuatis: qualem sibi imperatorem priuatus optasset. Quia igitur quilibet imperatorẽ optat sibi ꝓpiciũ. ideo ipse debet subditis ꝓpicius & cõmunis esse.

Capitulũ. vi. De diuiciis principum

Rinceps est oculus plebis. qui contagiosus si fuerit: mox interficit. Vnde Stacius in Thebaidos. Regna cum scelere omnibus ex hiis sũt grauiora. Vnde Quintilianus capitulo tercio. Hec est inquit superiorũ condicio vt quicquid faciunt precipere videãtur. Et Boecius tercio de conso. Imperante nequicia virtus non solum premio caret. verũ eciã sceleratorum pedibus subiecta calcatur. Et Ouidius sexto de fastis. Sic agitur censura: et sic exempla parantur. Cũ vides alios qd̃ monet ipse facit. Et libro secundo sine titulo. Quod decuit reges cur mihi turpe putant. Et Iuuenalis libro tercio. Omne viciũ de tanto despectius crimẽ in se habet: quanto maior qui peccat habetur. Vnde in prouerbiis sapientũ dicitur. Inferior horrescit quicquid peccat superior. Et Claudia

nus in maiori. Componitur orbis regis ad exemplum nec sic inflectere sensus humanos edicta valent: q̃ vita regentis. Mobile mutatur semper cũ principe vulgus. Hiis igit̃ testimoniis clare apparet periculosissima in principibus scelera fore. Eorum enim exemplo populus delinquit. Vnde Cassiodorus epistola tercia dicit sub iudice bono populum corrigi. Porro inquit facilis recti persuasor est innocens iudex. Nam subditus predicabili conuersacione pudet mores probabiles non habere. Sed proh dolor sicut planeta planetarum scilicet Sol eclipsatur. sic in principibus lumẽ honestatis rarissime cernitur. Vnde Seneca in Agamẽnone. Non intrat regnum lumen aut fides: sed precio vincit̃ Et Ouidius libro secundo sine titulo. Curia pauperibus clausa est: dat census honores. Inde grauis iudex: inde seuerus eques. Et: vi: de fastis. Regia res scelus est. Et idem ĩ epistolis dicit. Impat heu populis timide non imperat iure. Possidet & viciis regna minora suis. Quibus verbis ĩnuitur regna delictis fore subiecta. Et quanq̃ in principe omne delictũ sit graue. qd̃ tamen aliis nociuius est grauius est. Quia teste Tulio libro secundo de officiis. Nullũ inquit vicium est deterius auaricia: presertim in principibus & rempublicam gubernantibus. Habere enim questui rempublicã non solum turpe: sed eciam sceleratum & nephariũ est Rursum ĩ principe audacitas festinataq̃ precepcio nocet. Vnde Suetonius libro secundo de. xii. cesaribus Augustum redarguit eo q̃ nil melius questui arbitratus est. Vnde Salustius in Iugurtino. Animi cupiditas cõmune nobilitatis malum ẽ. Ceterũ turpis amor principi minime competit. Vnde Fulgencius secundo mittologiarũ. Quãuis inquit omnibus libidinis amor turpis sit. nunquã tamen deterior q̃ in honorato. Nã Iupiter in cignum conuersus est: cum Leda concubuit que peperit ouum: vnde tres nati sũt: scilicet Castor.

Pollux. & Helena. Vnde Leda a ledendo dicitur: immundiciaq; designat. et nomine Iouis principes intelliguntur. Omnis igitur ptincipat9 libidine maculatur Vnde referunt poete in huius rei testimonium cignũ illum plenum esse viciis: ipsoq; clamante aues tacent. Helena eciam quã Leda gerit discordia seminum fuit Similiter Castor malũ exemplũ nuncupatur. Pollux vero a prodendo dicitur. Itaq; omnis mali libido occasio est. Rursus principi sũme impaciencia nocet. Vnde Stacius in Thebaidos libro primo. Gentilis animo subiit fragor inuidia atq; parens odii metus. Sed nec ob hoc hiis viciis ablatis principes vt cõmuniter scelerantur. Nã auaricia: libibidine: impaciencia molestanẽ Vnde Petron9. Venalis populus venalis curia primũ Iãq; maiestas auro corrupto iacebat. Vnde autem hec procedant vicia inquiram9. Timendũ est enim ne prauorum societas ad prauum eos inclinet. Aliqui enĩ scelerati: peccatisq; pleni principes sectantur vt placẽdo ditentur. In hoc autem placere studẽt q̃ crimina suadent. Hii comparanẽ animalibus querentibus non hominem: sed predã: Iuxta illud Senece libro de reme. Meli musce secuntur cadauera lupi. frumenta formice. ita turba predã sequiẽ: non hominem. Nempe familiares regum eos sepius euertunt. Iuxta illud Boecii secundo de conso. Regũ familiares regiam potestatẽ sepius prosternunt. Et Varro in suis sentenciis. Amicis inquit diuitum palee sunt.

Capitulum. vii. De paciencia & clemencia principũ.

q Vanto quis in gradu est sublimior. tantum ad misericordiam & clemenciam existere debet promptior. Vnde Seneca libro primo de clemencia ad Neronẽ. Nullum inquit ex omnibus magis q̃ clemencia regẽm aut principem decet. Apes enim aculeum habent. sed rex apum aculeo caret. Saluũ regem clemencia in aperto monstrabit. Vnde est inex-

pugnabile munimentũ amor ciuium. Quid inquit pul
crius est quã viuere cunctis optantibus pacem. Ve
recundiam eciam peccandi facit ipsa clemencia. Nec
minus principi turpia sunt multa supplicia: q̃ medico
multa vulnera. remissiusq̃ imperanti melius paretur.
Natura enim contumax est: & facilius ducitur q̃ arta
tur. Attendat igitur princeps vt clemens suis ciuib⁹
sit: nec recuset misereri ipse qui venia indigere potest
Nam teste Tulio libro primo de officiis. Nihil ẽ lau
dabilius: nihilq̃ dignius placabilitate et clemẽcia. que
tamen ita probanda est vt adhibeatur reipublice sera
seueritas: sine qua ciuitas administrari non potest. Et
idem Tulius Philip. ii. Prediũ inquit caritate & be
niuolencia ciuium oportet esse septũ: nõ armis. Discãt
ergo reges & principes misereri: & iracundie veneno
non intumescant. Ipsi nãq̃ mestos debent cõsolari: peri
culum ergo si eorum iracundia alios prouocet. Nam si
turbacionis occasionem habeat: posco vt deserat: Iuxta
illud Galteri ĩ Alexandreidos libro primo. Vindictã
suffer donec pertranseat ira. Ne meminisse velis odii
post verba. Nam teste Ouidio tercio tristium. Quan
to quis maior: tanto placabilis ire. Et faciles motus
mens generosa capit. Itaq̃ ignobilitatis signum est se
pe irasci. Et difficile recte iudicat ipse cuius mentem
ira possidet. Vnde Tulius libro primo de officiis. Nũ
quam inquit qui iratus ad puniendum accedit: medio
critatem illam tenebit que est inter nimiũ & parum.
Ideo Seneca in troyade. Quo inquit plura possis: plu
ra pacienter feras. Et libro primo de clemencia. Rex
lesus animum in potestate habeat. longeq̃ sit exorabi
lior in suis iniurriis q̃ in alienis. Nam quemadmodum
magni animi non est qui de alieno liberalis est: sed qui
q̃d alteri donat sibi detrahit. Ita eum clementem non
facit alieni doloris tollerancia: sed propriorum stimu
lorum pacencia. magniq̃ animi est iniurias in summa

potencia & paciencia pati. Nec quicquã gloriosius est principi ĩpune leso. Vnde Galterus in Alexandreidos libro primo. Instabile est regnũ quod non clemẽcia firmat. Animaduertãt queso domini & principes homines ipsos esse. nec princi patus naturam propriam abstulit: cuius est misereri & fratri proximo indulgere. Vnde Therencius in adelphis. Vt homo es: ita mores geras. Nã teste Claudiano ĩ maiore. Munera sola deq̃ equat clemẽcia nobis. Pax maiora docet: peragit tranquilla potestas qd̃ violenta nequit. Et subdit. Nunq̃ libertas gracior extat q̃ sub rege pio. Vnde Quintus torcius libro sexto. Regum ducũq̃ clemencia non est in ipsoꝝ numero est que cõmunia sunt et ingeniositatem mentis que validitatẽ insinuat. Hiis ergo testimoniis clare deducitur clemenciam principi maxime congruere: que talis sit vt nec iusticie deroget: nec fauore signatur. Sed clemencie superbia detrahit: que quorundam principum corda sic detinet vt misereri & clemenciam exhibere nolunt. sed offensi mox interimere omnes cupiunt. ergo similes ĩ natura homines & proximos: virtutibus forsan eis celebriores deprimere curant. Huius autem superbie & ĩpietatis nutrix est ambicio quã multi solia sibi nõ debita vsurpare presũpserunt. Eodẽq̃ pacto quo superbia eos ĩtronisauit impiepariter regnare facit. Verũtamẽ principatq̃ nõ debet ambicione obtineri aut superbia possideri. Vnde Galterus in Alexandreidos libro: viii. Tucius est nõ ascẽdere q̃ post ascensũ regredi. Veteres enim sapientes principatum recusarunt pocius q̃ ambierũt. Vnde refert Seneca libro tercio de beneficiis q̃ Antigonq̃ hostem sui patris cum superasset. nihilominus prelium belli ad patrem transtulit. Et subdit. Hoc est regnũ nolle regnare cum posses. Vnde Valerius libro. iiii. refert Fabium officium consulatus recusasse: multis tamen deprecantibus. Et libro sexto refert de Manilio

consimilem historiã: qui cõsulatum recusando: Mores inquit vestros ferre non potero: nec vos imperiũ meum perpeti poteritis. Non sic tamen hiis temporibus principatum homines recusant. sed auidissime currũt eiusq; occasione superbiunt & superbe regnant: atq; sine clemencia principantur.

Capitulum. viii. De ludis principum.

Principes subditorum sũt exemplar. Si igit̃ ludorum vanitatibus intendunt. et ludorum ineptor̃ enormitates adinuenire studeant. Ipsorũ porro familiares atq; subditi consimilibus occupacionibus se faciliter occupabunt. et sic putabũt viuere sane quando ea faciunt que suos dominos facere viderunt. Quis enim taxillorum aut alearum ludos magnificauit? Principes & domini inconsulti hoc fecerũt. Nec tamen reprobandum est si quis solacio spiritũ suũ recreat. Sed reprobatissima est eorum vita: quibꝫ mos est totum tempus vite sue ludis & stultiloquiis exhibere. Hii nocturnas vigilias amant: & ludorum vanitati se ad fatigacionẽ intollerabilẽ incendunt. Sed cũ lucente die surgere debeant vt populum regant & foueant: ipsi tamen somno tunc sunt dediti. et tandẽ ex vite dissolucione & maleficiis corporis & anime grauissime decidunt. Rursus hii cũ refectionẽ sũpserint ad militare exerciciũ non contendunt. nec virorũ illustrium acta commemorant in exemplo. sed feruẽtissimo ineptissimoq; desiderio taxillor̃ alearũq; fortunis se cõmittunt. Quorũ occasione periuria obsecraciones & forsan blasphemias conficiunt & miscent. Itaq; mẽs que ex iocis recreari deberet: ludis talibus ineptissimis inquietat̃. Ideo Seneca in puerbiis dicebat. Aleator quanto in arte doctior: tanto est nequior. Vnde refertur q; Themistides dicebat non decere magistratꝫ ludis vacare: sed a quibuscũq; leuitatibus debent animũ arcere ne respublica ludere videat̃. aut ne relicta

grauitate perire potest. Vnde Seneca epistola quin-
quagesima. Quid mihi lusoria illa componis: nõ est io
cãdi locꝰ. Nunqd refert Augustinus libro: viii. de ci.
dei. capitulo: xvi. quomodo cuidã Romano in somno
dictũ fuit vt ludi prohiberentur. Et in sũma de casi-
bus libro primo dicitur ꝙ ludẽtes ad aleas vel taxillos
peccãt non solum ludẽtes: sed eciam cõmittentes. quia
ibi sunt desideria lucrãdi. volũtates spoliandi. ibi mẽ
dacia: periuria: blasphemie: & huiusmodi. quoniã alea
mendaciorũ & periuriorꝫ mater est: vt dicit Policra-
tus libro primo. Vnde de Achillo legimꝰ ꝙ cũ missꝰ
fuit ad Corintheos vt fedus cum eis cõtraheret: inue
nit duces & seniores cũ aleis ludentes. Ideo absq; ver
bo reuersus est dicens cum taxillatoribus se nolle con-
trahere societatẽ. Nempe reges & principes ludos le-
ues exercere: & insistere istis non licet. Quia sicut nar
rat Policratus vbi supra. Rex Partborum dedit talos
aureos regi Demetrio ĩ signum obprobrii: eo ꝙ nimis
leuis erat in moribus & iocis. Vt igitur grauior effi-
ceretur: ideo talos aureos sibi contulit. Vnde Crisꝫ: su
per Matheũ omelia: vi. dicit ꝙ deus non dat ludere:
sed dyabolus. Si inquit luserimus: ante certamẽ defi-
ciemus. Nec tamen ludi honesti per hoc reprobantur.
Quia teste Seneca de tranquillitate: philosophi sapiẽ
tes quandoq; ludis vacauerunt. sicut Socrates qui cũ
puerilis esset ludere nõ erubescebat. Et Catho. Laxa
bat animũ curis publicis fatigatum. Et concludit ibi
dem ꝙ assiduus labor frangit vires. Et dat exemplũ
de agris qui melius fructificant si quietẽ interpositã
habeant. Vnde sicut somnus ẽ necessarius: si tamẽ cõ-
tinuus fuerit mors est. Sic ludus honestus mentẽ di-
sponit. si tamẽ fuerit assiduus mentem ebetat. Vnde
Cassianus libro: vii. collꝰ. narrat de sancto Iohãne apo
stolo qualiter cum pdice letabatur: quod cum videret
iuuenis quidã mirabat virum tam sanctum & senem

hoc facere. Cui sanctus Iohānes ait. Quid portas ī manu. qui respondit: arcum. Cui Iohānes. Cur arcū tensum non habes semper. Cui iuuenis. ne assidua curuacio vires eius minuat. Sanctus inqt Iohānes. modica laxacio: scilicet temporata leticia homines meliorat & vires fortificat. Capitulum. ix. De dominio principum quomodo debet esse virtuosum.

On debent principes putare eorū imperia dominis iussionibus preferenda. Nam a deo ceperunt domineū quod habēt. et ineptissime dominantur. nec merentur principari: nisi inquantū virtutibus ꝓpollent. Peruersorū tamen principū malicia tēpore nostro ꝓsidenciū ita viget: vt dominari pocius credantur peccandi licēcia q̄ virtutū excellencia. Hii enim principes peruersi id solū habēt dignitatis q̄ falsax hominū opinio credit. vt tāgit Boeci9 tercio de cōso. capitulo. iiii. Attendāt igitē principes qui terre dominantē corporibusq̄ mortalibꝫ mortales. Cur igitē superbiūt. cur momētanea luce tumescūt. Refert enī Ieronim9 epistola. c. xix. Et Valeri9 libro vltimo ante finem: qualiter rex Perses de sublimi loco exercitū suū ꝓspexit. in quo cum vidisset fere īfinitā multitudinē hominū fleuit: cōsiderās q̄ post centū annos omnes isti mortui essēt: nullusq̄ viueret. Et addit idē Valeri9 q̄ suā cōdicionē: scilicet mortalitatē in aliena specie deplorabat. Si enī animaduerterēt quanta ē in mūdi principibꝫ ānexa calumnia: munq̄ aut raro appeterēt. Vnde Egesippus libro. iiii. narrat de Vespasiano qualiter cū esset ī obsidione Iherosolimica audita fuerunt noua q̄ Nero fuit occisus. Et ideo Vespasianū in īpatorem milites elegerūt. Sed Vespasian9 omnino rēnuit. & milites omnino instabant. Itaq̄ minis mortis ipsū infestabant. Ille autē indignū se reputabat. sed milites suadebant vt īperiū acciperet. quia poci9 cura erat q̄ honor Vnde Valeri9 libro. vii. capitulo secundo narrat qua-

ſi ter dyadema ſibi traditũ diu conſpexit anteq̃ capitã
imponeret dicens q̃ dyadema magis faciebat hominẽ
nobilem q̃ felicẽ. quia ſi conſiderentur ſollicitudines
principatuũ nunq̃ acciperent. Mirũ igit q̃ hec huma
na iura primogeniture putamus: & celeſtia omnino ne
gligim?. Nempe veteres principatũ nõ querebãt. Vn
de narrat Valeri? libro quinto: capitulo ſexto de quo
dam qui cũ exiret portã ciuitatis: corona ſubito impo
ſita fuit capiti eius. atq̃ dũmodo reuertereť ipſum in
regem poſtulabant. ſed reuerti noluit. quinymo ſibi p
petuum exiliũ indixit. In cuius rei memoriã in predi
cta porta ipſius effigies incluſa poſita fuit. Ceterũ Va
lerius libro. vi. capitulo primo narrat de quodã qui cũ
perdidiſſet Aſiam regionẽ & quaſdam vicinas gẽtes
gracias egit primo. ſecũdo gaudens: qa modico regno
vtereť. Nunqd Iohãnis. vi. legit qualiter Criſtus fu
git in montẽ quando cognouit q̃ populi veniebant et
eũ raperẽt & regẽ facerẽt. Sup quo Cri§. omelia: xxi.
Criſtus inqt fugit erudiẽs nos fugere mũdanas digni
tates atq̃ contemnere ea que ſũt: ſcilicet tẽporalia de
ridere: & futura adamare. Modernis tamen tẽporibo
omnes ad dignitates currunt. non tũ ſapienciã aut vir
tutes querunt. Quibus loquit Bernhardus ad Euge
niũ ſecundũ. Simea inquit in tecto eſt ſicut rex fatu?
in ſolio. Vnde ſicut turpitudo ſymee quando plus aſcẽ
dit magis pateſcit. ſic homo indignus tanto fetidior
quanto in gradu celſior. Quamobrẽ Auguſtin? .ix. de
ciui. dei capitulo. xiii. narrat qualiter iuncte erãt edes
virtutũ & bonorum que ꝑ diis & deabus deputabant
ad deſignandũ q̃ vir honoratus per dignitatẽ vel per
poteſtatẽ debet eſſe virtuoſus. Et ideo ille edes: ſcili
cet domus erãt coniuncte. Nec tamẽ reprobãda eſt po
teſtas ſeu hominũ dignitas. Quoniã omnis poteſtas a
dño deo eſt: vt dicit ad Ro. xiii. Sed reprobãdi ſũt ii
ſi qui ſine meritis dignitates aſſumunt: aut in digni

tatibus cũ fuerint se & alios puerse regunt. et de modica gloria quã habent ne priuenẽ timẽtes in nullis cõfidũt. Nã Tulius libro tercio de officiis: capitulo. vii. narrat de Dionisio tirãno qualiter barbitonsores timebat ne ipsũ interficerẽt barbã eius si raderẽt. Ideo pilos barbe comburebat. Narrat insuper de Alexandro sergeo: qui de vxore timebat. Vnde anteq̃ cubile ĩgre dereẽ explorari faciebat: an eius vxor gladiũ vel aliud instrumentũ haberet. finaliter tamẽ ab ea ĩterfectus fuit. Insup Valerius libro vltimo ante finẽ narrat de Masinissa rege qui cũ dormiret custodiã sui corporis non hominibꝫ: sed canibus cõmisit. Hec enĩ omnia contingũt. quia ĩpii ad dignitates eleuanẽ. et vite huius exiguã gloriã supne felicitati anteponunt. Aniaduertãt autẽ illud Iob. Omnis potentatꝰ vita breuis. Vnde Iob: xxiiii. Eleuati sũt ad modicũ & nõ subsistent. Nã vita ẽ vapor ad modicũ apparens. Iacobi. iiii. Omnis caro fenũ. & omnis gloria eiꝰ quasi flos feni. Rursus in principibꝫ nõ solũ superbiã & gulã cerno redarguẽdas. Vbi autẽ gula regnat: ibi nulla honestas: sed dissolucio castrimargie semper comes est. Itaq̃ nobilibus maxime ꝑtinere dinoscitẽ sobrietas: exquo nobiliũ statui ꝑcipue ꝯgruit honestas. Fortassis tũ qui se nobiles dicũt: suã vocacionẽ diuertẽrũt. Qui enĩ sunt edaciores curialibus qui tũ de nobilitate se iactãt. Potaciones enĩ serotinas habẽt. & mane suis sensibꝫ nondũ excitatis pocula petũt. Hec autem non est nobiliũ: sed ignobiliũ: nõ ad vitã: sed ad mortẽ via. Talibꝫ autẽ cõmessatoribus quoꝫ occupacio ĩ cibis & potibꝫ ẽ loquitẽ Ysaias quinto capitulo dicẽs. Ve qui potẽtes estis ad bibendũ vinũ. Vñ Seneca epistola. lxxxvii. narrat de quodã potente qui maiorẽ partẽ noctis in cõuiuio exigebat. et fere die tota dormiebat. O quanta vite indiscrecio. corpꝰ suis cõmessacionibꝫ distempant & inquinãt: & animã ꝑdere nõ formidãt. Vnde Ysaie quinto.

Ve qui cõsurgitis mane ad ebrietatẽ sectandã. Et subdit. Cithara & tympanũ & tibia & vinũ in conuiuiis vestris: et opus domiui non respicitis. Hoc siquidem viciũ maxime habẽt curiarũ sectatores: qui iugit pretmissa salute cibis & potibꝰ vacãt. Vñ Policratꝰ ĩ ꝓlogo narrat ꝗliter Socrates pbus eaꝰ ꝓtemnebat q̃ aulici ambiũt. scilicet q̃ curiales petũt. Quamobrẽ Valeriꝰ libro quinto: capitulo primo. Ventrẽ inqt distentũ cibo sequit voluptas genitaliũ. Idẽ ponit Grego. epistola. xxxvii. Insup Seneca cõmessatoribus sic loquit. O miserabiles quoꝝ palatũ nõ nisi ad ꝓciosas escas excitat. Nõ enĩ viuit q libidini & somno viuit. Vñ Vir. in suo Eneid. libro primo Didonẽ redarguit: eo q̃ ĩ suiuiis tẽpus detinebat. Idcirco dicebat. Infelix Dido lõgũq; bibebat amorẽ. Et ibidẽ dicit. Prima quies epulis mẽseq; remote. Cratheres magnas statuũt & vina coronãt. Sic strepitꝰ tectis vocẽq; p ampla volutant. Ex quibꝰ colligit cõmessatoꝝ enormitas ĩ quibꝰ suum paradisũ sperãt. Capitulũ. x. de tirãnide principũ

Rincipes & domini constituti sũt vt nõ dissipẽt plebẽ: sed vt foueãt. nõ vt bona subiectis aufferẽt: sed pocꝰ id qd̃ habẽt benigne cõseruent. Sed ꝓhdolor dominia q̃p plurima ĩ tirãnidẽ mutata sũt. multiq; principes paupes subditos opprimũt et vt ipsos ꝓtextu iuris ꝓfundẽ videanẽ: ꝓuissimas leges excogitãt. Quibꝰ Ysaie dr. Ve q condũt leges iniquas: et scribẽtes iusticiã scripserũt vt opprimerẽt in iudicio pauperẽ. Vñ psal. Sedet ĩ insidiis cũ diuitibꝰ ĩ occultis vt interficiat ĩnocentẽ & cetera. Hii enĩ similes sũt Castori: de quo narrat Solinus li. iii. ca. xxxv. Qui cũ hominẽ inuaserit ipsũ non deserit quousq; ossa eiꝰ ꝓfregerit. Sic tales paupes ĩ pace nõ pmittũt quousq; totaliẽ eneruauerit. vñ Michee. iii. Pelles eoꝝ desup excoriauerũt: & ossa eoꝝ ꝓfregerũt & cõsciderũt Hii tñ inexcusabiles sũt: & tñ aliena capiunt. Quibus

Ambro. li. primo de offi. loquit̃. Diues inqt eras. qua ergo ex causa aliena rapiebas: egestas non compulit. Ideo te feci diuitẽ vt excusacionẽ nõ haberes. Te feci potentẽ vt nõ inferres: sed repelleres violenciã. Eripi te igit̃ egenũ & pauperem de manu pcforis liberate. Nã teste Seneca epistola. lxxix. Ea isti faciũt q̃ creature irracionales facere abhorrẽt. Quoniam teste Aristotile li. vi. de aĩalibꝫ. Non ẽ modꝰ auiũ vniꝰ speciei ꝙ vna comedat aliã. Isti tñ suos fratres deuorauerunt Vnde Michee. ix. Qui comederũt carnẽ populi mei. Nẽpe attẽdere debẽt quoniã paupes exaudit dominꝰ. qui tñ paupes cõtra eos clamãt: & iusticiã a deo petẽt Vnde Ecclesiastici. xxxix. Lacrime vidue ad maxillas descendũt: & ascẽdunt vsq; ad celũ. & deꝰ exauditor nõ delectabit̃ in illis: scilicet prĩcipibꝫ tirãnis. quoniã ꝓpter multitudinẽ calumniaꝝ clamabũt. vt dicit̃ Iob xxxv. Ve igit̃ qui cõgregat auariciã domui sue. quia de piete lapis clamabit: scilicꝫ ɔtra eũ: vt dr̃ Abagug primo. Narrat enĩ Petrꝰ Damiani de quodã qui ꝓximus morti erat: et a sanctis Andrea & Gregorio valde affligebat̃: quia sex nũmos a paupcula vidua acceperat. Vñ Ecclesiastici. xxxiiii. Qui offert sacrificium ex substãcia pauperis: quasi qui victimat filiũ in ɔspectu patris. Legimꝰ enĩ de Tiberio ĩ cronicis breuibꝫ ꝙ cũ sibi suaderet̃ vt tributa augmẽtari iuberet: respõdit. Boni inqt pastoris nõ est pecꝰ deglutire. Vñ Ysaie xxxiii. Ve qui p̃daris: nõne & ipse p̃daberis. Hii enim crudeliores sũt lupis. Quia de lupabꝫ ĩ historia Romanoꝝ legit̃ quomõ nutrierũt Romulũ infantem expositũ bestiis. Isti vero pauperes subditos tanq̃ lupi rapaces lacerãt. Vñ Cris. omelia: xxxiii. Quid inqt ouis in medio lupoꝝ. quid colũba ĩ medio accipitrũ. Impius enĩ iudex siue dominꝰ vt leo rugiẽs & vrsus esuriens princeps impius super populũ pauperẽ. Nam paupes sunt sicut oues in medio luporum. Capitulum

xi. Exemplum Atheniensium de iusticia principum.

Xemplũ Atheniensium qui iusticiam ꝓprie
e comoditati ꝑtulerũt. Vñ narrat Valeri9 libro
sexto ad Tiberiũ: capitulo quinto: ꝙ cũ Themistides Atheniẽsis regẽ grecoꝝ fugasset: eiusq; thesaurũ aggregasset: studere cepit qualit̃ Atheniẽsibus Greciã subiugare posset. Cum igit̃ deliberacione die quadã Atheniensiũ ꝯsiliũ ingress9 fuit vbi erãt septẽ sapiẽtes deputati: ꝓut Atheniẽsibus mos erat. Postulauit igit̃ Themistides vt vn9 eoꝝ secreto ꝯsiliũ suum audiret. et si valeret: palã diceret̃. si vero nõ: silẽcio teneret̃. Destinat9 igit̃ fuit Aristodes cui secrete dixit bonũ esse vt cũ classibus suis Lacedemoꝝ naues vicinas eis subiugaret. quia exinde posset mari dominari et cõsequẽter Grecis emulari. Nam licet Atheniẽses greci essent. grecos tñ ꝓtunc aduersarios habebant. Rediẽs igit̃ Aristides ad ꝯsiliũ: qđ Themistides dixerat narrauit. Quo audito: ipsi septẽ sapiẽtes vnanimit̃ cõcluserũt. Nõ decet inqunt rẽ istã facere. quia & licet speciẽ videat̃ habere prudẽcie: tñ ꝯtradicit iusticie Patꝫ igit̃ ꝙ veteres olim pl9 iusticiam q̃ ꝓpriã comoditatẽ amauerũt. Narrat igit̃ Valeri9 li. v. De Corrudio ciro: qui ad euitandũ sediciones: leges ꝯstituit vt cõsiliũ ciuitatis null9 cũ gladio ĩtraret. Ipse tñ Corrudius ex lõginquo itinere veniens oblit9 ẽ deponẽ gladiũ quo ꝑcinct9 erat. et ita cõcionẽ intrauit. Cũ igit̃ monit9 fuisset de fractione legis: ipse statĩ surrexit: et sup gladiũ quẽ habebat ĩcubuit spõte: malens mori q̃ iusticiã seu legẽ ꝑ eũ violari. Ideo Catho inqt. Patere legẽ quã tuipse tuleris. Et licꝫ ĩ hoc imitari nõ debeat ꝙ seipsũ int̃fecit. ĩ hoc tñ amorẽ iusticie quẽ gerebat ostẽdit. Verũtamẽ exẽpla viri boni: et precipue boni prĩcipes iusticiã affectuosissime diligẽ debẽt: vt tanq̃ dies vera equitate luceãt. Cur enĩ antiquitus cõsules Romani pauprimi fuerũt: nisi quia maluerũt iusticie

fauere: q̃ iusticie detrahẽdo quouis modo ditari. Horũ enĩ pauptatẽ narrat Augustin9 li. iii. de ciui. dei. capitulo. xix. Vnde Valeri9 ĩ suo cõsulatu tã paup extitit vt de recollectis a populo nutriret. Narrat insup Vegeci9 libro. iiii. de re militari: q̃ cũ quidã regulus de hostibo victoriã habuisset: et ad magnos vocaretur honores. Ipse tñ in solita pauptate voluit manere. Insup Augustinus vbi sup̃ de Quintio narrat q̃ de propriis manibo terrã colebat quando fuit ad ducatũ vocatus. Cũ vero dux fact9 fuisset: solitã pauptatẽ non ptermisit. Et cõcludit ibidẽ q̃ plures a cõsulatu & se natu repulsi fuerũt. quia munera ꝓ iusticia subuertẽ da sũpserũt. Quoniã sicut dicit Deutro. xxi. Domin9 aduersat̃ erga omnẽ iniusticiã. Ceterũ narrat Valeri9 libro. v. et Augustin9 quinto de ci. dei. capitlo. xviii Quoniã Brut9 ꝓ tribunali sedẽs filiis suis nõ pepcit. Vnde quia Tarquinũ exulẽ reipublice dissipatorẽ reducere volebãt. ideo ꝓprios filios virgis fecit cedi: & securi pcuti. Vñ Virgili9. Natos te pater noua bella mouẽtes. ad patrẽ pulcra ꝓ libertate vocauit. Et Helimand9 historiograph9 narrat de Elyo: qui cũ senex esset: et impatoris exerciciũ exercere nõ posset: ablatũ fuit sibi vt ꝓpriũ filiũ impatorẽ constitueret. Ipse autẽ respõdit. Sufficẽ inqt debet vt egoipse regnauerim cũ nõ mererer. quia nõ sanguini: sed meritis principat9 debetur. Ideo sapiẽs Ecclesiastes. vii. dicebat. Noli q̃rere fieri iudex: nisi valeas virtute ꝑrumpe iniquitates. Ex hiis igitur patet q̃ licet cõmunit homo vincat̃. parcere autem sanguinis amore aut eciam laudis cupidine: vt inqt Augustin9 libro. viii. de ci. dei. capitulo. xv. Nihilomin9 tamẽ veteres omnia iusticie postposuerũt. quoniã ancilla: scilicet omnis fauor atq; vtilitas postponẽda ẽ iuri. quoniã impii iudices in corrupcione sua pibũt: percipiẽtes mercedẽ iniusticie: vt dicitur prima Petri secundo.

Capitulum. xii. Quomodo victoria a deo est.

On in multitudine exercitus victoria belli:
n sed de celo victoria ē: vt dicit primo Macha
beorum. iii. Vnde Moyses manus ad celum
leuabat. et ita vincebat. vt dicit Exodi: xvii. Nam si
cut in archa homines saluabant: eo q̃ ipsa erat sup̃ aq̃s
Sic eciam si mens cōtemplatiua fuerit ad celestia ten
dēs. et aquis: id est vanitatibus si prefuerit saluari po
terit. Vnde deutro. xx. Appropinquante bello stabit
sacerdos ante aciē et sic loquit. Nolite metuere: quia
dominus noster in medio est vestri. Sic eciā Theodo
sium fecisse legim9. Quia sicut legitur in historia Ro
mano4: cum se vidisset a suis hostibus circumseptum:
oracionibus vacari cepit: et signo crucis antepposito vi
ctor effici meruit. Sed qd dicemus de hiis qui in pro
pria virtute confidūt. et archam: id est paradisum in
gredi nō curāt. quinymo ecclesiam viroscq̃ ecclesiasti
cos infestāt persecunt & laniant. Tales enim in momē
to peribunt. quia dux eorum dyabolus interitum eo
rum querit. Narrat in historiis preallegatis Romano
rum q̃ quidā dict9 Maschelizech romanus quidē pre
potens ecclesiam dei violauit: et in ea existens crudeli
ter extraxit. Ideo turpi excidio interiit. Attēdamus
igitur historiam de Achille quam ibidem legim9: de
quo ferē q̃ cum Italiam dissiparet: ad eum accessit vir
sanctus Leo papa dicens vt inceptam crudelitatem di
mitteret. sed papa mortuo interrogatus fuit. Cur pa
pe sic presto obediuisti. Qui respondit q̃ papa sibi lo
quente senem reuerendum viderat gladium in manu
tenentem. terrore cuius in tantum expauit: q̃ non obe
dire non ausus fuit. Itaq̃ ecclesia non debet a pugnato
ribus interimi. Vnde narrat Paulus dyaconus libro
xii. historiarum suarum. Et Orosius libro: vii. de or
mesta mūdi: q̃ cum Romani a Gottis captiuarentur:
illi soli euaserunt qui ī nomine Cristi ecclesiā ingressi

fuerunt. Vnde Gotti Romanos capere poterant. sed ob reuerenciam nominis Cristi in ecclesia manentes liberos dimittebant. Quamobrem Augustin9 primo de ciui. dei: Romanorum ingratitudinē increpat: eo ꝙ dicebant nomen Cristi eis obfuisse. et tamen eoꝝ ydola succurrere non valebant. Ideo ipsi in nomine Cristi liberi facti fuerunt. Ex qua historia inferunt aliqui ꝙ ab illo tempore citra principes temporales libertatem in ecclesia malefactoribus concesserunt. Quoniā laus eius in ecclesia sanctorum inquit propheta

Capitulum. xiii. De principum humilitate.

Vperbia semper petit casū. Nullus igit̄ principat9 stabilis vbi supbia regnat. Vnde Gen̄. xi. dicit̄ ꝙ homines propter superbiam suam turrim erexerūt. et exinde ipsi qui vnius ydeomatis erant: diuisi fuerunt. Attēdamus enim quoniam supbia diuisit angelos. superbia depressit Neronē. omnis ꝙ sedicio a superbia exordiū accepit. Ideo Seneca Lucillum sic monebat. Cunctis esto benignus. omnes tibi pares facies. iferiores superbiēdo ne contemnes. superiores debite viuēdo non metuas. Vnde in libro de nugis philosophorū de Iulio cesare legitur ꝙ suis militibus nunc̄ꝫ dicebat: ite. sed semper venite. quia scilicꝫ non solum volebat sibi seruiri: sed eciā seruire ꝓmpt9 erat. De quo ibidē legitur ꝙ cum quidam veteranus quadam die dum damnaretur coram iudicibus: rogauit Cesarem vt descenderet et iuuaret eum. cui Cesar dedit bonum aduocatum in sui adiutorium. Cui veteranus ait. Ego inquit te periclitante in bello Asiatico non quesiui aduocatū. sed ego pro teipso puguaui. Vide inquit vulnera que pro te suscepi. Tūc Cesar videns vulnera erubuit: et mox ad verbum eius descendit: timens ne superbus aut ingratus videretur. Vnde dicebat. Ille se militem nescit amare qui nō laborat vt militibus carus sit. Insuper Seneca libro quarto de ira.

de humilitate Antigoni regis narrat ꝙ quadã nocte audiens suos milites sibi contradicẽtes: eo ꝙ Rome ipsius onera maxima differebant. Ipse igitur Antigon⁹ clamdestine descendit: et ipsis nesciẽtibus quis esset: eos iuuabat in portandis oneribus. Ipsisque tandem dixit. Nunc inquit maledixistis Antigono: cuius vicio in has miserias incidistis. Nunc igitur bene optate ei. quia eius laboribus interuenientibus penam grandem euasistis. Ecce igitur quanta principum humilitas. Sed nunc posco quid dicemus: nisi quia fastum et superbiam querunt. Et principes in suo sceptro gloriantur. Duces in solio. et Imperatores in dyademate gloriantur. Sed reuera vir quantumcunq; sublimis existat: attendere debet illud Iob dicentis. Spiritus meus attenuabitur: & dies mei breuiabuntur. et solũ mihi superest sepulcrũ. Vnde Ihesus filius Syrach dicebat. Omnis inquit potestas vel principatus breuis vita. Et Golorius philosophus de Alexandro loquẽs sic dicebat. O q̃ friuola gaudia mundi: q̃ rerum fugi gitiuus honor. Nam cui non sufficerat orbis: modico fossa sufficit terre. Hoc enim non attendunt huius tẽporis principes. ꝫ in suis fastis assidue eleuant̃ Alexãdro similes: de quo narrat Valerius libro: viii. ꝙ quia audiuit a quodam suo comite ꝙ plures mundi essent. Ideo non contentabatur vni mũdo principari. De quo scilicet Alexandro egregius versificator sic ait. Vir bone quid curas res viles res perituras. Nil ꝓfuturas damno q̃nq; fut̃as. Nemo diu mãsit in t̃bine: ꝫ cito tn̄ it. Est breuis atq; leuis ĩ mũdo gl̃ia q̃uis. Qui fuit hic imus: hic erit ordine prim⁹. Vñ Quĩtin⁹ nãrat ꝙ vir quidã can⁹ Alexãdro dicebat. Vide inq̃t ne cadas cũ ꝑueneris ad culmẽ ad qđ peruenire cõtendis. Merito igitur Sapiencie quinto dicitur. Quid vobis profuit: aut diuiciarum iactancia quid contulit. transierunt omnia sicut vmbra. Et Iheremie: xxxi. dicitur.

Statue tibi speculum pone tibi amaritudines. dirige cor tuum in viam recta. scilicet humilitatis & gracie. O q̃ indocta est illa persona que de se presumit: & de vita fragili atq; incerta eleuatur. Vnde Innocencius papa superbos sic alloquitur. Cur inquit superbis vermis & cinis. cur diuicias pauperibus dispergẽdas accumulas. Cum propheta dicit. Dormierunt somnum suum et nihil inuenerunt viri diuiciarum in manibus suis. Vite igitur breuitas: & possessionum instabilitas hominem sapientem & humilem reddunt. Posco enim cõmemoremus historiam Valerii. vii. narrantis de quodam rege cui cum dyadema traderetur: diu cõsiderauit q̃ capiti imponeret dicens: q̃ dyadema magis facit hominem nobilem q̃ felicem. quia si quis cogitet quantis sollicitudinibo & periculis dyadema sit plenum: nunq̃ reciperet. Ita racione principatus non eleuabatur: sed humiliabatur. Vnde Seneca. Alciori inquit rei te non imponas. quia status tremendus atq; regentibus peius instat in periculum q̃ subditis. quia princeps omnes timet. ceteri vero vnum principem timent. Et concludit. Si vero inquit prudens eris: vbiq; idem eris. et non extollaris laudatus: nec turberis iniuriatus.

Capitulum. xiiii. de castitate principũ

p Rinceps incontinens subditorum maculat vitam suo prauo exemplo. Vnde timendum ne luxuriosus princeps subditorum filias & coniuges violat. Magna igitur securitas in domino est si castus princeps extiterit. Nempe viri veteres & celebres castitate florentes: laudis premium vsq; huc meruerunt. Queso enim vt Scipionis castitatem memoremus. Narrat enim vegecius libro tercio de re militari: capitulo. x. q̃ Scipioni Affricano virgo pulcerrima et nobilis adducta fuit. quam licet naturaliter affectaret. nihilominus eam diligentissime custodiuit. Et cum captiua esset: eam redemit. suoq; sponso qui non-

dum eam cognouerat: virginem tradidit. Cuius no-
men Allitius. et ,p dote nupciali munera grandia pre
buit. Simile eciam de Alexandro legim9. Insuper de
Octauiano legimus in Policrato libro primo: capitu
lo: x. quomodo virgo Cleopatra ad eum accessit. cui9
q̃ oculus racione pulcritudinis sollicitauit. Verũtamẽ
eius pulcritudo pudicicie nõ obfuit. Vnde poeta. Vul
tus adest precibus: faciesq̃ intacta porat. Ceterũ Ve
gecius libro quarto: capitulo tercio narrat quomodo
Hanibal vigiliis & abstinenciis corpus suum macera-
bat: per quam abstinenciam extinguebatur. Legimus
insuper abstinuisse Gaium prout narrat Policratus li-
bro quinto: capitulo sexto. Et ideo Ecclesiasticus: x. di-
citur. Ve terre cuius rex puer est: et cuius principes
mane comedunt. Beata autem terra cuius rex nobilis
est: et cuius principes vescuntur in tempore suo: ad re
ficiendum subaudi: non ad luxuriandum. Attendam9
enim quomodo amor mulieris eneruauit Sampsonis
potenciam. infatuauit sapienciam Salomonis. fedauit
sanctimoniam Dauid regis: prout ait Ieronimus epi-
stola: xxx. Et subdit. Nec Salomoni sapiẽcior. nec Da
uid sanctior. et tamẽ vtercq̃ a muliere deceptus. Nul
lum enim imperium durabile: nec principatus stabilis
quando regnat in principe libido luxurie. Vnde Poli
cratus libro sexto: capitulo: xii. dicit q̃ imperium Ro
manum exhaustum est Nerone imperante: cuius gu-
la omnia deuorauit & maculauit. libido exhausit. aua
ricia & superbia cum luxuria exinaniuit. Insuper Ege
sippus libro primo loquens de Anthonio. Ille inquit
scilicet Anthonius non victus est virtutibus tuis.
sed magis victus est moribus suis. Vicit enim eũ Cleo
patra vxor cũ qua maluit vinci q̃ sine ea vincere. Nũ
quid enim Valerius narrat qualiter vrbs Bolienſiũ
erat optime legim9 regulata. Sed per luxuriam pro-
lapsa est. Et ideo concludit. Quid fedius. quid damno

ſius eſt luxuria per quam virtus atteritur: et ſempi-
terna gloria in infamiam vertitur: animiq; & corporis
vires expugnantur.

Capitulum. xv. De moribus principum.

d Icit Auguſtinus primo de ciui. dei. capitulo
xxi. et narrat verſum poete dicentis. Mori-
bus ãtiquis res ſtat Romana. Nam q̃diu Ro
mani morales fuerunt: tam diu orbi prefuerunt. Vnde
idem Auguſtinus libro quinto de ciui. dei. capitulo
xiiii. verba Cathonis narrans dicit. Nolite inquit eſti
mare maiores veſtros armis rempublicã augmẽtaſſe.
Nam ſi ita eſſet: vobis adeſſet equorum armorũq; co-
pia. res igitur publica augeretur. ſed rempublicam li-
bido cõtaminauit. auariciaq; opulenciis priuauit. Nã
quia laudam⁹ diuicias: ſequitur inercia. Ideo iuxta bo
nos et malos nulla differencia datur: omniaq; virtutis
et tanq̃ premia ambicio poſſidet. Hec in effectu dicit
Auguſtinus. Ex quibus verbis concluditur q̃ mora-
les virtutes rempublicam manu tenuerunt. Atq; exin
de colligitur q̃ vita ſpiritualis in huiuſmodi moribus
conſiſtit & roboratur. Vnde Auguſtinus libro primo
capitulo: xxxiiii. loquens de Scipione dicit q̃ non cen
ſebat ille: ſcilicet Scipio rempublicam eſſe felicẽ ruen
tibus moribus. Et eodem libro: capitulo ſecundo. Et
Romani inquit deciderũt: non murorum caſu: ſed mo
rum defectu. neq; ignibus eorum tecta ardebant. ſed
corda cupiditatibo inardeſcebant. atq; preſidendi po-
cius q̃ corrigendi voluntas romanos contriuit. Et qa
quaſi homo ciuitas eſt. huius value ſunt ſenſus. ciues
q̃ vires ſiue anime: quibus imperat voluntas. Debet
igitur tanq̃ ciuitas moribus ornari. Quia ſicut ait Se
neca epiſtola: xl. Mos eſt mentis habitus ex quo ſingu
lorum operum aſſiduitas manat. Item Policratus li-
bro quarto capitulo tercio dicit q̃ a virtutibus fiunt
mores. et a moribus virtutes acquiruntur. Sed quia

multi vicia: prauos mores nõ credunt propter assidui
tatem: vt ait Seneca libro de vita beata. Ideo absq; pu
dore homines criminibus seruiunt. virtutesq; non cu
rant acquirere. Et concludit idem Seneca q; aliter est
agendum in via morum: & aliter in via pedum. quia
in moribus non est tuta via: quam sepius multi sequũ
tur. sed in via pedum frequenter contrarium est. Et
si mores congruunt sapienti: maxime tamen principi.
Sed queso inquiramus: vnde principum corrumpun
tur mores. Est ideo enim q; fastus & superbia hoc fa
ciunt. Nam si princeps humilis existeret: moribus flo
reret. sed superbia tollit sensum: moresq; corrumpit.
Vtinam attenderẽt principes verba Darii loquentis
Alexandro. Vnde fertur in historia Alexandri quali
ter Darius vulneratus et in lecto positus Alexandro
dicebat. Fili Alexander vt plenius tua sapiẽcia nouit:
totus mundus in corrupcione positus est. Sic enim di
uina prouidencia a principio ordinauit vt nihil esset
constans vel firmum. sed totum variacioni subiectum
Cum autem quis ad dominii ascendit culmen: vt non
iam hominem: sed deum se existimat: mox ad ima ruit
Et dum eius casum se meruisse nouit: et deorum be
nignitatem inuocauerit ne laqueum dissipacionis in
currat. subito deorũ misericordia subleuatur. Et sub
ditur. Considera inquit fili mi quid fui heri: & quid
sum hodie. Heri nãq; rex regum & dominus dominan
cium vocabar. et nunc absq; potestate lugeo. quia va
na supersticione seductus diis volui assimulari. Consi
deranda eciã est ipsius Nabuchodonosor historia: qui
dum eleuaretur corruit. sensum perdidit. et tanq; bru
tum cum feris vixit. Tamen humiliatus postmodum
restitutus fuit. Ideo propheta dicebat. Quoniam ini
quitatem meam ego cognosco. Absit igitur superbire
propter bona que in mundo sunt: in quibus nulla secu
ritas est. Vnde Bernbardus. Nusquam securitas est:

neq; in celo neq; in terra: neq; in paradiso. Nãq; de celo cecidit angelus de sede maiestatis. Adam cecidit de paradiso voluptatis. Et de mũdo cecidit iudas de sto la sanctitatis. Humiliemur igitur considerantes diei finalis terrorem. Vnde Gregorius. Tũc inquit erit superius iudex iratus: inferius chaos horrendum: a dextris peccata accusancia. a sinistris infinita demonia ad supplicia trahencia. Interius erit conscienciа vrẽs: & exterius mundus ardens. Quid igitur faciet peccator Nam latere impossibile erit. et patere horribile. Ecce quanta humilitatis occasio. De quodam rege legimꝰ in legendis sanctoꝝ: qui cum vidisset duos Cristi pauperes: de curru descendit vt ipsos honoraret. Quod videns frater eius ipsum increpauit dicens q̃ non decebat regem sic humiliari coram pauperibus. Quo audito rex iussit suis preconibus vt eum citarent cum familia & liberis. quod videns ille qui regem reprehenderat: cum habitu humilitatis coram rege accessit cũ liberis & familia. Quem cum vidisset rex ait. O inqt stulte preconem fratris timuisti. et licet non peccaueris: tamen te humiliasti ad verbũ preconis fratris tui vterini. Nunquid igitur precones pocins Ihesu cristi pauperes formidari & reuereri debemus: cũ de ipsis veritas ĩ euãgelio veritas dicat. Qui vos honorat: me honorat. et qui vos spernit: me spnit. et qd vni ex minimis istis feceritis: mihi fecistis. Humilis igitur nostra mens existat. nullum spernat: sed futurum iudicii terrorem concernat. Vnde Ieronimus. Siue comedã: siue bibam: semper illa vox vt mihi videtur resonat in auribus meis. Surgite mortui venite ad iudicium dei Quia tamen domini & principes fastum et superbiam amant. ideo in suis auribus si resonaret vox Zophonie prophete: humiliarentur. Dicit enim Zophonias capitulo primo loquendo in persona dei. In illa inquit die visitabo super principes et super filios regis: et super

omnes qui arroganter ingrediuntur super limen ini-
quitate & dolo. Et sequitur. Disperierunt omnes in-
uoluti argento. et qui dicunt in cordibus suis: non be
ne faciet dominus. Et sequitur. Fortitudo eorum in
direpcionem erit: & domus eorum in desertum. edifi
cabunt domos: & non habitabunt in eis. plantabunt vi
neas: et non bibent vinum. Et subditur. Conturbabo
homines et ambulabũt ceci: quia domino peccauerũt.
et effundetur sanguis eorum. sed argentum & aurum
eorum non potest eos liberare in die ire domini. Vti-
nam principes talibus verbis corrigerentur: moribus
q̃ suis rempulicam dirigerent exemplo Titi: de quo
legitur: qui tam modeste rempublicam rexit: vt de so
la clemẽcia argui posset. Vnde mores principum pul
cerrime suadet Seneca libro de quatuor virtutibus:
capitulo tercio. Impone inquit concupiscencie frenũ.
ede citra saturitatem. bibe citra ebrietatem. obserua
ne in conuiuio aut in aliqua cõmunitate hos damnare
videaris quos non imitaberis. nec deliciis tibi presen
tibus inberebis: nec non absentes desiderabis. Et se-
quitur. Odibilem hominem facit risus: superbos ela-
tos: ac eciam malignos & furtiuos. Si igitur risus io-
cos exigit. hos tamen dignitatis sapiencie gere. sit tu
us incessus sine tumultu. et quies sine desidia. adula-
ciones euita. nõ acerba: sed blanda verba timebis. esto
viciorum tuorum fugax. aliorũ vero nõ curiosus scru-
tator. docencium esto facilis auditor. requirenti facile
responde. superiores recte viuendo non timeas. senior.
esto iudicio q̃ sermone. vita q̃ vultu. clemencior esto
fame bone: neq; tue zizanitor: neq; aliene inuidus. ad
iram tardus. ad misericordiam pronus. in aduersis fir
mus. in prosperis cautus. que nosti sine arrogancia po
stulãti cõmunica. et que nescis sine occultacione igno
rancie tibi postula imptiri. Hec enim omnia licet non
eodem ordine: documenta sunt Senece vbi supra. qui

bus modestia & morum honestas suadetur que princi
pibus maxime pertinere dinoscitur. Nam teste Ysido
ro. ix. Ethimologiarum. capitulo tercio. Rex dicitur
a regendo. nec est rex qui nõ regit. In principibus igi
tur non ambicio: sed de subditis cura esse debet. Nam
teste Gregorio. xi. in mora. Hii principes vocãtur qui
cogitacionibus principantur. Et ibidem. xxvi. Illi enĩ
principes sunt qui elacionis gloriam inclinant. qui li
uores mitigant. furores extinguũt. qui temptacioni
bus non cõsenciunt: sed regendo preesse nouerunt. Vn
de Oracius in carmine lirice: sicut narrat Augustin9
quinto de ciui. dei. capitlo: xiii. dicẽs. Lacius regnas
auidum domando spiritum. Et Claudianus loquendo
ad Theodosium dicebat. Licet inquit late domineris
si tamen praua cupis. si duceris ira: seruicii iugum pa
cieris. Si auẽ tollis & leges interius feras: tunc omnia
iure tenebis. Insuper de Valerio imperatore octuage
nario legimus cum adhuc virgo esset: & sue felicicatis
premia recoli audiret: tunc ait. De vna inqt tantũmo
do victoria glorior. et requisitus que fuisset. Illa respõ
dit. quia inquit inimicorum dominia: scilicet carnem
meam domaui & superaui. Hoc enim narrat Valeri9
ĩ quodam suo paruo tractatu. Illi igitur reges sũt qui
se regere nouerunt. Vnde Gregorius moꝛ. iiii. Illi in
quit regnant qui corpora sua regere sciunt. qui desi
deria temperant: & cogitaciones legibus regulãt. Et
ideo ve terre cuius rex puer est. Scribitur Ecclesia
stici. xi. Nunc tamen principes seipsos regere non cu
rant: & regna regere se iactant. Et qui suos inimicos
se vincere dicunt: modica temptacione vincuntur. Vn
de Seneca epistola. lxxxxvi. Multi inquit hostem vin
cunt. sed vincuutur cupiditate. et cum agere videan
tur: eciam tamen ipsi aguntur. Et epistola centesima
de Alexãdro loquens ita dicebat. O inquit victor tot
regum atq; populorum ira atq; tristicia succubuit. Et

omnia pro se in sua potestate habebat. sibi tamen imperare maximum imperium est. Insuper Ecclesiastici xxxviii. Si vis inquit omnia subicere: subice te racioni. Multos enim reges si te rexerit racio. ab ipsa enim discis quid & quemadmodũ aggredi debeas. Et epistola. c. xvi. Animus inquit noster modo est rex: modo tirannus. Nam rex est cum honesta petit atq; corporis salutem querit. Sed tunc tirannisat quando turpia iubet & iura contemnit. Vnde Augustinus quarto de ciuitate dei. capitulo tercio concludit: q̃ qui peccat: seruus est tot dominorum quot viciorum. Nã melior est qui dominatur animo suo expugnatore vrbiũ: vt scribitur Prouerbiorum. xvi. De bono igitur rege potest dici illud Prouerbiorum secundo. Rex qui sedet in solio iudicii: dissipat omne malum intuitu suo.

Capitulum. xvi. De largitate principum.

V T dicitur Prouerbiorum. xix. Diuicie erogate addunt plurimos amicos. Et Policratus libro tercio capitulo: xviii. narrat qualiter Titus racione liberalitatis factus fuit amabilis: atq; sui patris auariciam tanta liberalitate curauit vt tota eiꝰ complacencia in largiendo foret. et tãto animo munera dare affectabat q̃ vltra posse dona promittebat. Et cum redargueretur dicebat. Nemo inquit a facie principis debet recedere tristis. Vnde cũ quadã die nihil contulisset dicebat. O amici mei hunc diem perdidi. Nullum enim vicium deterius auaricia: signanter in principibus: vt ait Tulius libro primo de officiis: capitulo. xxiii. Nempe largitas facit principes famosos et claros: vt ponit ibidem Tulius capitulo. xviii. Et Boecius primo de consola. capitulo quinto dicit q̃ claros largitas facit. Moraliter igitur auferenda est auaricia de cordibus vt celestis glorie claritatem promereamur. Nam sicut liberalitas in seculo reddit homines famosos. sic largicio in Cristi nomine facta facit rape

re celos. Reprobande sunt tamen plurimorum prinei
pum largiciones stulte. Vnde Seneca libro primo de
beneficiis: capitulo secundo. Respiciende sunt inquit
facultates quas prestamus: atq; persone quibns dam?
Et reprobat largitatem Alexandri qui dedit vrbem
cuidam elemosinam petenti. Et cum ille diceret q̃ si
bi talis fortuna non conueniebat. Alexander respōdit
Non curo inquit quid te recipere deceat: sed quid me
dare congruit. Hec vox inquit Seneca regia videt̃ &
animosa: sed est stultissima. quia decet considerare qd
cui: quando: & quare largimur. Item Seneca ibidem
de nimia cupiditate redarguit Antigonum. Cui qui
dam cum peteret talentum respondit: q̃ plus petebat
q̃ decebat habere. Ille igitur videns se repulsum pe
cuit denarium. Cui Antigonus. Non decet inquit re
gem tam modicam rem dare. Itaque pro cauillacione
nihil se daturum conclusit. Si igitur Alexandri indi
gesta reprehenditur liberalitas. pocius Antigoni de
testanda est cupiditas. Nempe Tulius libro primo de
officiis: capitulo: xvii. dicit q̃ largitas debet exerceri
cum intencione ordinata: non ad iactanciam & pompā
sed ad profectum suscipiendum. Nam fatuam largicio
nem sequūtur rapine. Itaq; non sua sed aliena distribu
unt. Vnde Ambrosius libro primo de offi. Non est in
quit largitas si largieris vni: et alteri extorqueas. Et
subditur. Perfecta inquit largitas est necessitatibus
singulorum occulte subuenire: vt liberalem laudet os
pauperis: & non labia propria. Nesciat sinistra tua qd
faciet dextera tua. Mathei sexto. Et tulius libro pri
mo de officiis. capitulo. xiiii. Ea inqt liberalitate vta
mur que prosit amicis. noceat nemini. Nihil enim libe
rale est quod non est iustum. Insuper Seneca libro pri
mo: capitulo. xiii. de clemencia. Non est inquit libera
lis qui est de alieno liberalis. Ceterum non sufficit de
suo dare proprio: sed congruit hilariter & libere dare

Vnde Seneca libro primo de officiis: capitulo. vi. Beneficium aspere datum vocat panem lapidosum: quē esurienti capere necessarium est: tamen acerbum. Vnde Valerius libro quinto: capitulo primo narrat de legatis Carthaginensiū: qui cū venissent Romam ad redimendum suos captiuos: peccuniam grandem detulerunt. sed Romani captiuos exhibentes peccuniam respuerūt. vnde Carthaginenses Romanorū famam preconisabant dicentes. O magnificencia gentis Romane. nam beneficium accepimus quod nunquam dedissemus. Vnde per liberalitatem Romani famam atq; dominia sibi conquestarunt. Sic pariter pauperibus Cristi bona erogantes: regnū celorum sibi acquirunt. Itaq; liberalitas decens est in principe maxime. nihilque turpius in ipso auaricia. Vnde Innocencius sic dicebat Quid inquit prosunt tibi o frater diuicie. quid glorie quid leticie: cum non liberent hominem a morte. non defendunt a verme. non eripiunt a febre. Ecce qui iā sedebat gloriosus in aula: modo iacet despect9 in tumba. et qui vescebatur deliciis in cenaculo: modo consumitur a vermibus in sepulcro. Et subditur. Timeant igitur diuites illud Iacobi. Agite nunc diuites penitenciam. plorate in miseriis que aduenient vobis cum dicetur. Diuicie vestre putrefacte sunt. et vestimenta vestra a tineis comesta sunt. aurum & argentū vestrum vastauit erugo. et in nouissimis diebus thesaurisatis vobis iram domini. et in luxuria enutritis corda vestra. Pauperes igitē Cristi fame perierunt: quos nō subueniendo occidistis. Et ecce sanguis eorum clamat ad dominum de terra: et dicit. Vindica domine sanguinem nostrum. Hec Innocencius. Nec tamen pena cōminata animum ab auaricia debet reuocare. quinymo secundum dictamen racionis bonor preferri debet vtilitati. Vnde Valerius libro sexto narrat qualiter Alexander postquam habuisset victorias contra

Darium: sibi Darius misit legatos postulantes vt fili
am eius cum ducentis milibus talentis auri in vxorẽ
acciperet. atq; partem regni sui cum hoc. quod facere
Alexander recusauit. Quod cum vidisset quidam pri
ceps de familia Alexandri Permeon dictus dixit. Si
ego inquit Alexander essem: huic oblacioni consenti
rem. Cui Alexander respõdit. Si ego essem Permeon
acquiescerem. quia cum sum Alexander: ideo non ac
quiescam. Ex qua historia colligitur q̃ Alexander po
cius honorem q̃ cupiditatem amabat. Nempe auari
cia signanter in principe pessima est. Ideo Apostol9 di
cebat. Nec auaricia nominetur in vobis: que est idolo
rum seruit9. Et Ecclesiastes: xv. dicitur. q̃ diuicie cõ
gregate in malũ domini sui pereunt in afflictione pes
sima. Ideo Catho. Dilige denarium: sed parce dilige
formam. Quia scilicet peccunia non ad cupiditatem:
sed ad necessitatem exquirenda est.

Capitulum. xvii. De paciencia principum.

Xemplo apostoli secunda Corinth̃. iiii. dicen
e tis. In omnib̃ inquit tribulacionem patimur.
sed non angustiamur. aperiamur: sed nõ desti
tuimur. persecucionem patimur: sed non delinquimur
Fratres confortamini ĩ domino & ĩ potencia virtutis
eius. Scribitur ad Ephesios sexto. Attendamus quan
ta fuit ĩ antiqus paciencia animi atq; constancia. Nar
rat enim Policratus de cesare Augusto libro tercio: ca
pitulo: xvi. q̃ mire paciencie fuit. Vnde dicebat q̃ vir
habere debet in auribus diligẽciam. in lingua tacitur
nitatem: & in animo quietem. Hec enim didici a iuuẽ
tute mea. Vnde Gregorius secundo moralium dicit q̃
princeps refrenare debet impacienciam ex considera
cione paritatis sue cum illis quibus preest. Vnde Se
neca libro primo de clemencia dicit q̃ princeps debet
cauere iracundiam que deformat hominem exteriorẽ
et cõfundit interiorem. Quapropter Seneca libro pri

mo de ira. Nihil inquit eque profuit iratis sicut intueri suam difformitatem. Nam ira facie turbat. ora pulcerrima defedat. curuos vultq; ex tranquillissimis reddit. omniscq; decor relinquit iratos. Et ideo vt ait Sixtus q; iratos profuit aspexisse speculum: vt imago repercussa ostenderet homini suam difformitatem. Quoniam ira iusticiam dei non operatur: Iacobi primo. Decet igitur in tribulacionibus constanter manere: vt sit fortitudo & decor indumentum eius. atq; verificetur illud Ecclesiastici. xlvi. Vsq; ad senectam permansit illi virtus. Etenim in libro de vita cesaris legit q; Cesar pacientissimus fuit. atq; de sibi dictis iniuriis vindictam non egit: sed dissimulauit. atq; cum suos aduersarios subiectos habebat: sepius pepercit. Nam vir nobilis audiens improperia: debet cogitare eorum stulticiam seu ignoranciam: vt ponit Seneca libro tercio de ira: vbi narrat q; cum Imargines historiarum scriptor quedam contra cesarem scripsisset: monuit cesar q; sermone moderaciori vteretur. quod facere rẽuebat. nec tamen cesar se vindicauit. sed solum domum suam interdixit. Et ideo concludit Seneca. Non qui offendit fecit quod voluit tanquam inimicus. sed qui prudẽs erat aliene stulticie remisit. Insuper Seneca de mira paciencia Antigoni narrat ibidem. qui cum multa improperia audiret dicebat q; militem decebat non solum certare baculo: sed eciam animo. Viriliter igitur agite: & confortetur cor vestrum omnes qui speratis in domino: Iuxta prophetam. Quid prodest ira: animum suum affligere. Qui enim sapiens est: discit pati nec de leui mouetur.

Capitulum. xviii. De legibus principum.

Sine legibus pollicia regulam nescit. Vnde Romani suis legibus suã polliciam sublimarunt: vt ponit Policratus libro sexto: capitulo. xii.

Et Tulius in prima sua rethorica libro primo ait: q;

omnes leges ad comodum reipublice referende sunt. Et sicut medicina corpori ꝓdest. sic reipublice leges. Insuper Ambrosius in suo exameron: omelia quinta dicit ꝙ reipublice est vsus esse cõmunes atq; obseruari deuocione cõmuni. patres reuereri quorum cõsilio respublica gubernetur. nec tamen leges sunt quibus mala imperantur. Quoniã lex est recti precepcio: praui q; depulsio. vt ait Tulius de natura deorum. Vel lex est ius scriptum asserens honestum: prohibens contrarium: vt ait Gracianus. Nam lex est interpres equitatis: rerũq; diuinarũ & humanarũ compos: vt ait Crisippus. Ea propter veteres legibus pollicias regularunt. Sicut Solon & Ligurgus. Sed crescentibus viciis leges perierunt. vt ait Seneca epistola. lxxxxiiii. Vnde Augustinus libro primo de ciuitate dei. capitulo: xvi. Et Agellius libro primo narrat ꝙ apud Athenienses leges Solonis in asseribus ligneis incise erant vt sempiterne manerent. Nam leges sunt sicut capistrum vel frenum: vt ait Crisostimus super Iohãnem: omelia. xxxvi. Nunc tamen vnusquisq; voluntatem ꝓ lege capit. Abusio tamen maxima est: populus sine lege: vt dicitur in tractatu de. xii. abusionibus. Ille populus sine lege est: qui licet legem se habere profiteatur. diuinam tamen censuram non imitatur. Quia teste Augustino libro quarto de ciui. dei. capitulo sexto Omnis lex est inanis: nisi ipsius censura diuine legis imaginem gerat. Quapropter diuina sapiẽcia prouerbiorum: viii. ait. Per me inquit reges regnant. et legum conditores iusta discernunt. Fidelium igitur ciuitas lege diuina reguletur. quia tunc ciuitas est dei: quando rex est veritas. lex est caritas: et modꝰ ẽ eternitas Inquit Augustinus epistola quinta. Sed ciuitas tunc est dyaboli: quando rex est mendacitas. lex est ĩpietas. et modus est instabilitas. Huius enim ciuitatis ciues sunt impii homines: qui lege diuina relicta: vti-

litatē equitati preferunt. Sed lex diuina licet sit vna omnibus. tamen sufficit ꝙ multiplex est in fructu & virtute. Vnde Iob. xi. Multiplex lex eius. Ipsam tamē plures sufficere non putant: aut ipsius obseruanciam spernunt. sicut Athenienses qui licz haberent optimas leges. maluerunt tamen suis moribus q̄ legibus vti: vt ait Valeriꝰ libro quinto: capitulo tercio. Tales enī sūt sic̄ tele araneaꝝ que animalia infirmiora detinent sed validiora abire permittunt. quia tales condunt leges quas iubent obseruari: sed ipsi obseruare nolunt: ꝑ vt ait Valerius libro septimo: capitulo primo. quia eorum leges solū pauperes opprimūt: & diuites in suis maliciis non puniunt: Iuxta illud prouerbiorum: xvii. Qui iustificat impium: & condemnat iustum: abhominabilis est vterq; apud deum. Legibus igitur ipsius Cristi regulemur in presenti vita dum viuimus.

Capitulum. xix. De consilio principum.

Princeps abq; cōsilio plebē faciliter dissipabit Nulla enim pollicia absq; cōsilio prosperari potest. Vnde Tuliꝰ libro de officiis capitlo: xxii Modica inquit sunt arma foris: vbi consilium interius fuerit. Et ibidem concludit ꝙ ciuitati Atheniensium plus profuit consilium Solonis q̄ victoria Themistidis. Insuper Seneca de tranquillitate animi circa principiū dicit ꝙ ille solꝰ reipublice nō ꝓdest qui de pace vl̄ de bello curat: ꝑ q iuuentutē exhortatur atq; bonis preceptis virtutem instituit: atq; ruentes ad luxuriā seu pecuniam retrahit. Et Tulius libro de senectute: capitulo tercio: consules comparat illis qui regunt nauem. Sana igitur & matura imitāda sunt consilia que in senibus reperiuntur vt frequenter. Vnde Roboam dereliquit consilium senum: et iuuenum adhesit consilio. et ideo regnum amisit: vt dicitur quarto regum: xii. Nam in antiquis est sapiencia: vt dicitur Iob: xi. Narrat enim Valerius libro sexto: capitulo primo de

quodam sene: cui iuuenis minabatur dicens. Plures inquit gladios habeo. Senex autē respondit. et ego multos annos. quasi diceret. ideo te non timeo. Insup. Augustinꝰ epistola: xviii. ad Dirisorum narrat de Themone philosopho qualiter habitu simplex erat. accidit tamen vt rogaretur qualiter vellet canere cum lira: sicut olim facere mos erat. qui recusauit se nescire dicens. Cui mulier quedam ait. Quid igitur nosti. Respondit. Rem inquit publicam ex parua noui facere magnam. Non igitur leuia sed matura sunt querenda consilia. Quia teste Tulio libro primo retborice: capitulo: xxiii. Prudentis est bene consiliari. Et cōmentator dicit q̄ bona consiliacio est habitus coniecturatiuꝰ secundum raciocinacionem operabilium. Et bonus cōsiliator dicitur ille cui talis habitus inest. cuiusmodi est homo iustus & sapiens. Vnde sexto ethicorū dicit̄ q̄ homo est naturaliter consiliatiuus. non tamen quicūq: sed qui sapiens est ille consulere nouit. A sapiente igitur perquire consilium: vt dicitur Thobie quarto. et non ab insipientibus: vt dicitur Ecclesiastes: viii Cum stulto consilium non habeas: vt dicitur ibidem. Vnde Prouerbiorꝰ: xxiii. Astutus omnia agit cum cōsilio. Et Seneca in tractatu de virtutibus sic inquit. Si prudens esse cupis futura prosperitate. et quomō possunt contingere: animo intende. nihil tibi subitum sit: sed totum ante prospicias. Qui enī prudens est nō dicit. Non putaui hoc fieri. non enī dubitat: sed expectat. non suspicatur: sed cauet.

Capitulum. xx. De militibus.

Ilitibus eo pacto virtutes competunt quo milites interpretari volunt. Miles enim vir est quasi ex mille electus. Sed qualis electio erit nisi virtutibus floreat ipse qui tot homines precellit. Militibus igitur virtutes competunt tam corporis et mentis. vt corpus in bellis valeat: et mens bona proui

dencia dirigatur. Et quanq; omnem virtutem militē
habere decor esset. quasdā tamen sibi congruere legi
gimus. Decet enī militē fore strēnuum & promptum
ad licitos & honestos labores: luxta illud Quintiliani
causa sexta. Labori oportet insistere vbi effectus pro
mittitur. quia naturalis est fauor pro laborātibus: vt
inqt idē Quītilian? li. iiii. de oratoria īstitucione. Vn
de Seneca ad Lucillium. Generosos animos labor nu
trit. nec est viri timere sudorē. Nā mollicies est fuge
re laboriosa: vt inquit Aristotiles tercio ethicorū Va
stant ergo milites huius tēporis: in quibus nō strēnui
tas: sed mollicies est. Loco galee pileum castoreū acci
piunt. Pro lancea baculum sceptro similem. pro armis
vestes rubricatas & politas. et omnem milicie laborē
ad voluptatem transtulerunt. Verūtamen teste Vir
gilio in Georgicis: libro primo. Labor omnia vincit.
Et Matb. in Thobia. Est carnis cultura labor caro nu
da labor. Fit sterilis spinis obsita messis inops. Vere
autem milites ociosi ad labores tardi. Nam teste Vale
rio libro: viii. Ocium industrie maxime videtur con
trarium. Itaq; milites exercicio frequenter debēt abi
litari: vt laboribus subesse non ita timeant. Nam teste
Gamfredo in poe. Ars tritos: vsus promptus mutacio
reddit. Artifices aptos tria concurrencia sūmos. Et
Ouidius quarto tristium. Ingeniūq; meū longe rubi
gine lesū. Torpet et est multo q̄ fuit ante min?. Fer
tilis assiduo si non remouetur aratro. Nil nisi cum spi
nis gramen babebit ager. Contulit ingenium penitē
cia longa malorq;. Que verba īnuunt: exercicio indige
re volentem fieri virtuosum: eum precipue cuius va
cacio milicia est. Vnde magister Zeylo. Laborare ne
cesses: aderunt post semina messes. Post lacrimas ris?
post exilium paradisus. Fle si solari: ieiuna si saciari.
Da si ditari serui si vis dominari. Vnde Tulius ī tus.
questionibus: libro primo. Grecorq; inqt puerbium est

Quam quiſq; nouit artem: in hac ſe exerceat. Erube-
ſcant igitur nobiles pigri & puſillanimes quibus non
eſt mos prelia: ſed edia ſequi. Non irruunt contra ho-
ſtes: ſed proximis emulant̃. Caſtra vi nō capiunt: ſed
feminas & puellas violare non metuunt. vitam nō ex-
ponunt pro reipublice defenſione. ſed pocius breuiant
dies ex gula & cōmeſſacione. Non petūt naues vt trā-
ſeant flumina: ſed nauium vite odorifera poſcunt bal-
nea. Non ſe vento exhibent aut pruine. ſed vmbram
domiciliorum ſectantur. Hiis enim modis exercicium
milicie pretermittunt. Rurſus militantibus congruit
vt ſint fideles. In hoc enim milicia fundata eſt: vt nul
la fraude vituperet̃. Vnde in prouerbiis ſapientum di
citur q̄ eciam hoſti congruit tenere fidem. Qui enim
fidem p̄didit: nihil poteſt vltra perdere. Et Quintilia
nus cauſa tercia. Non habet inquit cauſam loquendi:
cui credi non poteſt: aut cui ablata eſt omnium verbo
rum fides. omniſq; ſermonis auctoritas. Abſcedāt igi
tur hii qui ſe dicunt nobiles: et tamen fraudibus infi
delitatis ſua prelia exercent. quod promittūt: minime
tenēt. Verūtamen teſte Tulio libro primo de officiis:
Fundamentum primum iuſticie eſt fides. Et Seneca
ad Lucillium epiſtola. lxxxvni. Fides eſt ſanctiſſimū
humani pectoris bonum. nulla neceſſitate cogitur ad
fallendum. nullo premio corrūpitur. Vnde refert Va
lerius libro ſeptimo. q̄ cum Fabius pactionem cū Ha-
nibale feciſſet: vt captiui mutuo redimerentur: & nō
necarent̃. accidit vt Hanibal multos ex ſuis recepiſſet
quos redimere vrbs Romana recuſauit. et ideo aruū
cum frumento vendidit vt Hanibali parcium pactum
fideliter tranſmitteret. Vnde Valerius libro. viii. Bo
ne fidei venditorē: nec cōmodoꝫ ſpem augere: nec in-
cōmadoꝫ cognicionē obſcurare oportet. Et libro. ix.
Occultū & inſidioſū malū eſt perfidia: cui? vires ſūt
mentiri & fallere. nephariiſque vinculis circūdat. et

tantum incomodi fert humano generi: quantum salu-
tis bona fides prestat. Nihilominus teste Salustio in
Iugurtino. Paucis carior fides q̃ pecunia. Omnes ete
nim fideles esse honestũ est. Illos tamen precipue quo
rum status militaris. quoꝝ vacacio est rempublicã de-
fendere. Nempe tales si fidelitate careant: nimirum
si eoꝝ hostes fidelitatem eis non teneant. Itaq̃ perdi-
cio vtranq̃ partem pugnãcium fugabit: vnam vi. aliã
ꝑdicione. Et sic absq̃ fidelitate nulla fiet defensa. sed
vndiq̃ gigneť offensa. Audiui etenim sepius quoddã
genus hominum fidelitate carere. Mirum est igitur
oppositi milites fidelitatem in eis expectant. Infini-
tis nempe ꝑdicionibus fraudati sũt ab eis: in quibus
cõfidere non cessant. Vnde Tulius in retborica prima
Sũma inqt clemẽcia est in eoꝝ fide spem habere: quo
rum perfidia tociens deceptus sis. Heu heu nusquam
tuta fides Inquit Virgilius quarto Eneid. Et Luca
nus. Nulla fides regni sociis. Et subdit. Nullis credi
te. Et Ouidius libro de ponto. Et cum fortuna stat ca
ditq̃ fides. Quia scilicet multi extra manus hostium
positi: promissa obseruare contendunt. Nihilominus
nulla grauior est infamia: nullum peius infortunium:
q̃ infidelitatis habere nomen. Nec sapiens miles tan-
tum odit hostes fideles: quantum cõmilitones infide-
les. Vnde Ouidius libro primo de arte amandi. Red-
dite depositum pietas sua federa seruet. Et Lucanus
libro: viii. Ardua quippe fides robustos exigit annos
Tanquam diceret: q̃ robustus animus fidelis est. sed
fragilitatis & nimie iuuentutis est frangere fidem.
de qua Arator libro secũdo. Hec ê vera fides quã lex
imitať amoris. Mediisq̃ tenebris atq̃ radicata fides.
Fit laurea iusti s ex precio quod terror agit. Mensu-
raq̃ virtus crescit in aduersis. Que verba mhil aliud
sonant: nisi q̃ nulla ex causa frangenda est fides. sed fi
delitas in aduersitate probatur & crescit. Et sicut mi

lites fideliter obseruare debent quod promittunt. Ita
attendere debent ne a captiuis aliud ipetrant qd infi
delitatis occasionem exhibere possit. Attendãt eciam
ne mala occasione quosq; inuadãt. Nam genus infide
litatis est nõ solum a ꝓmisso recedere: sed eciam friuo
le aliis insidiari: aut proximos pre aliis emulari. Hesi
to enim an titulo prauo pugnãtes in hostibus fidelita
tem reperire mereantur. aut vtrum ꝓmissa obseruare
teneantur. Sic enim estimo vt quanq; arbitror fideli
tatem semper bonam esse atq; laudabilem. Quia quic
quid non vicioſũ ꝓmittitur: iure tenet. Nihilominus
tamẽ iusto dei iudicio fit: vt qui inique & absq; racio
ne preliantur: in promissis decipiant. Itaq; estimo hoc
illos mereri. difficile est tamẽ vt credã alios in ꝓmis
sis non teneri: vbi ꝓmissum vicio caret: vt prefertur.
Estimo eciam q; consciẽcia hos nõ obliget. Hoc tamẽ
vult milicia vt fidelitatem in omnibus obseruare no
minetur. Attendant igitur milites vt iuridice prelia
suscipiãt. Vnde Ouidius libro de arte amandi. Iudice
me fraus est concessa repellere fraudem. Arma q; ĩar
matos sumere iura sinunt. Et libro primo sine titulo.
Sepe sepatus inuadere ꝓficit hostes. scilicet iuridice
Et libro secundo. Pigra reluctanti cessat in hoste ma
nus. Et tercio tristium. Pugna suum finem cum ia
cet hostis habet. Attẽdat autem miles ne de se aut in
suis confidat. eciam ius si habeat. Quia teste Cathone
Victorem a victo sepe superari videmus. Et Claudia
nus ĩ maiori. Sepius ĩcaute nocuit victoria turbe. Sit
eciã miles animosus ĩ iure suo: Iuxta illud Ouidii ĩ epi
stolis. Nõ faciũt molles ad fera tela manus. Certamẽ
premia magna mouet. Milites igit iure suo faueãt fi
deliterq; prelianẽ. alienoq; iure minime derogẽt: ne ĩ
fidelitas inde oriatur. Que enim tibi milicie gloria si
patriam propriã inuadis. si ex ira vel superbia prelia
ri concitaris. aut si ꝓprio opere vinceris. aut si maius

damnum ex casu q̃ comodũ ex victoria sperare videaris. Nomine enim comodi nõ solũ facultates: sed eciã famã & honorem intelligi puto. Nempe qui ex predictis causis prelia susceperunt: quoꝝ opus iure laudeq̃ caret. Quia teste Tulio ĩ Anthonium. Omnino nulla causa iusta est cuiq̃ contra propriũ pugnare. Et idem Tulius pro Marcello. Iracundia inquit & superbia consilio inimica est. Cuius occasione prelia fieri non debẽt Rursus in puerbiis sapiẽtum dicit q̃ bis punitur qui ꝓpriis perit. Diu igit preparãdum bellum est vt vincas. Ceterum Suetonius libro secundo de xii. cesaribus: Augustus inqt cesar preliũ suscipiẽdum omnino negauit: nisi emolimẽti maior spes q̃ damni metꝰ ostẽderet. His itaq̃ allegacionibus clare patet pugnam iusta racione tantũmodo assumi debere. Ita ꝑ felicitas nõ solũ in ꝓmisso: sed eciã in aggressu circũspiciẽda ẽ.

Capitulum. xxi. De fidelitate militum.

Ilicia dedecus patitur: nisi fideliter exerceat. Et in milite nil pulcrius est q̃ fides eius: non solum erga homines: sed eciam maxime attẽdere habet vt sua milicia deo subseruiat. Nullꝰ enim miles tantum principi: quantum deo tenet. Attendãt igit milites dominis suis fideles vt sint: deo non tamẽ neglecto debere existere. Vnde Policratus libro primo: capitulo quinto dicit q̃ duo sũt precipua ĩ milite. scilicet electio. & sacramentũ: vt scilicet federis promissum teneãt. Et Vegecius de re militari loquẽs dicit q̃ tocius reipublice in hoc cõsistit salus: vt tyrones scilicet milites: nõ tantum corporibus: sed eciam animo prestantissimi compareant. atq̃ iuramẽta sua principibus obseruẽt. Verũ tamen est q̃ milites pricipi tẽporali pocius q̃ deo fidem seruãt. Vnde proh dolor illa sollemnis consuetudo inoleuit: qua fiebat vt quilibꝫ miles ipsa die qua miles fiebat ecclesiam ingrederet: atq̃ gladio sup altari posito & oblato sollemniter iura

bat q̃ pro defensione fidei certare: & deo perpetue fa
mulari vellet. Vnde Vegecius libro quarto capitulo
primo narrat quomodo milites deo iurare debēt: suo
q̃ principi per deum: scilicet de fidelitate seruanda.
Narrat enim tuli9 libro primo de officiis. capitlo: xi.
quomodo Pompilius imperator filiū Cathonis ī suo
exercitu admittere noluit: nisi prius cum sacramento
fidelitatem sibi iuraret. Hec autem omnia dicta sunt:
quia fideles: scilicet milites Cristi vsq̃ ad mortem cer
tare debent. vt scilicet eciam ꝓtegat̃ ecclesia: et legis
cristiane veritas ꝓmulget̃. Vnde Policrat9 libro. vi.
capitulo. vii. Huius inquit milicie est ordinate tueri
ecclesiam: & perfidiam impugnare: sacerdocium vene
rari. pauperem defensare. iniurias placare. et si opus
est animam ponere: vt scilicē de illis verificetur illud
prophete. Gladii ancipites in manibus eorum. Nunc
tamen hominum milicia fidem cristianam non fouet.
sed pocius deprimit. Verūtamen legimus apud anti
quos hūc morē habuisse. quia scilicet milites hostiam
diis consecrabāt. Vnde Valerius libro tercio: capitulo
secundo de Iulio cesare narrat q̃ ꝓhibuit spoliare tem
pla. et ideo per biennium mansit inuitus: donec pre
sūpsit insurgere cōtra deos Appollinis: atq̃ inuadere
templū Delphicum. Idē eciam narrat Policratus vbi
supra. Item Egesippus narrat quomodo nō ꝓmisit spo
liari templa. et ideo sibi ꝓpercit Alexander. Ex hiis
patet q̃ milicia ecclesiam debet defensari. Moderni ta
men milites coram mulieribus de bellis narrant. et co
ram simplicib⁹ de victoria illustrium militū se iactāt
nec tamē habēt belladi vsū vel artē. quia lasciuie po
cius q̃ milicie intendunt. Verūtamen lasciuia miles
eneruat: vt docet Seneca epistola: liii. Vnde ibidē ait
q̃ indurandus ē militis animus. et eciam blandimētis
voluptatū ꝓcul abstrahēdus. Nempe Hanibalē indu
ratū visibus et laboribus: fomenta eneruarunt. Armis

inquit vicit :fuit tamen viciis victus. Attendendum
est igitur quomodo Gedeon cũ tricentis viris qui aquã
non biberunt:sed curuatis genubus diutissime penam
sustulerunt. Ipsi tamẽ victoriã obtinuerũt. Sic enim
milites non in voluptatibus neq; in laboribus exerce-
re debẽt miliciã: vt tanq; aĩalia diuisa sint in ppetuũ
signũ federis. Capitulũ. xxii. de bellis exercẽdis

Bellum illicita occasione susceptum: malo iu-
p ridice debet fine terminari. Vnde Augusti-
nus quinto de ci. dei. capitulo :xxii. concludit
q; bellum nunq; fieri debet sine grandi necessitate: et
sine iusta causa. Nam Iudith sexto legit q; Alcbite al-
loquendo Olofernem: postquã plurima dei beneficia
recitauit:concludit dicens. Nunc ergo perquire si est
aliqua iniquitas eoꝝ in conspectu dei. et ascendamus
ad illos. quia tradẽs tradet deus illis tibi. Si autẽ nõ
est offensio populi huius coram deo suo:tũc nõ poteri-
mus resistere ei. quasi dicat: q; non est bellandum:nisi
cum iusta causa. Si autem causa iusta fuerit:nõ est ti-
mendum. Vnde Numeri:xiiii. Nolite timere:deꝰ vo
biscum est. et Leuitici:xxvi. Si in preceptis eius am-
bulaueritis. Et sequitur. Persequimini inimicos ve-
stros & corruent coram vobis. Nec tamen sufficit vt
bellandi causa iusta fuerit: sed etiam vt iusti sint qui
preliantur. Vnde Iosue septimo legit q; propter peccatũ
ipsius Achor multi de populo fuerunt occisi. Princi-
pes igit sunt informandi tempore belli vt dicit Eccle
siastes tercio. Sed nũc proh dolor videmꝰ prelia:aut
sine iusta causa fieri:ab iniustis personis bella comple
ri:atq; modernorũ dominia in tirãniam mutata sunt.
nec dominantur vt foueant:sed vt spoliare studeant. At
tendamus enim illud Iob:xv. Numerus ãnoꝝ incertus
est tirãnidis eius. quia scilicet dominium tirãnorum
breue est:et casũ de iure postulat. Quinymo signum
maximum piclitacionis dominii est quando princeps

ad tirãniam inclinatur: aut suos officiales tirãnisare p
mittit. Ideo Ecclesiastici. x. dicitur. Regnum a gente
in gentem transferẽ. et propter iniusticias & contu
melias & diuersos dolos: vt patuit primo regum: xii.
Quapropter quicũq; tirannus est: de pcli tacione sui
dominii formidare debet. Ille autem tirannus est qui
rex est: vt ponit Augustinus secũdo de ci. dei. capitu
lo secundo. Et Arestotiles: viii. ethicor; ponens diffe
renciam inter regem & tirãnum dicit q; tirãnus ẽ qui
comodum proprium intendit. Rex autem dicitur qui
subditorum querit vtilitatem. Vnde ,puerbior; : xviii
Leo rugiens & vrsus esuriens: princeps impius super
populum pauperem est. Dux indigens prudencia mul
tos opprimit per calumniam. De quibus Ysaie primo
dicitur. Principes tui infideles socii furum omnes di
ligunt munera. Vnde Seneca libro secundo de natura
libus questionibus capitulo primo. Pocius inquit deo
rum opera decet celebrare q̃ Philippi & Alexandri
latrocinia. Nec precipuum in rebus humanis ẽ in clas
sibus mare transire: seu emulorum iniurias subegisse.
Nulla ĩquit maior est victoria q̃ vicia domuisse. quia
inumerabiles sũt qui vrbes & populos habuerunt in
sua potestate. sed paucissimi peccatis caruerunt. Nũc
tamen principes vicia domare non curant. sed omni ti
rannia prei ntenta subditor; vtilitatem atq; virtutum
acquisicionem pretermittunt. nec bella intercipiunt
vt iusticiam foueant. sed pocius vt suis pompis & iac
tanciis satisfacere queant. Tales enim non reges: sed
tiranni sunt. quia non aduersarios: sed subditos inuade
re petunt. De quibus Policratus libro: viii. capitulo
primo diict q; tiranni sũt qui non legibus: sed proprio
arbitrio imperant. Reges autem sunt qui proprium
arbitrium legibus submittunt. Et idem Policrat? li
bro tercio cõcludit q; tirannum occidere equum & iu
stũ est. Vnde Tulius libro tercio de officiis: capitulo

ſeptimo. Nulla inquit eſt vobis ſocietas cum tirãnis. ſed potius ſũma diſtinctio. Neq; enim contra naturã eſt tirannum ſpoliare ſi poſſis: ſed eciam necare eſt honeſtum. Etenim mẽbra amputanda ſũt ſi ſanguine & ſpiritu careant. ceteriſq; mẽbris noceant. Illa igitur ĩfirma hominum feritas & inhumanitas a cõmunitate ſegreganda ſunt ne ſubditam plebẽ cõtaminare poſſet Capitulum. xxiii. de regimine militum.

Ilicia proſperari nequit: vbi nulla virtus: vbi null9 habitat ſenſus. Vnde Romani teſte Policrato libro ſexto: capitulo ſeptimo. Preualuerunt aduerſus multitudinem Gallorum. procerita tem Germanorum. vires Hiſpanorum. dolos Affrorũ et hoc per fidelitatem & ſapienciam. Sic eciam p fidẽ atq; veritatis ſtudium: quecunq; peccatorum cõtagia ſubiugare poterimus. Vnde quantum ex narracionib colligitur: milites olim pocius ingenio & ſapiencia ꝓualuerunt q̃ viribus corporis. Sic pariter in via mor pocius eſt procedendum ſecũdum ſapienciam Criſtiane legis: q̃ ſecundũ vires corporis. Nam ſicut in Geñ legitur. Eſau in viribus corporis erat forcior Iacob. et tamen ab ipſo: ſcilicet Iacob Eſau ſubplantatus fuit. Non igitur in viribus propriis confidendum eſt. ſed ĩ ſapiencia legis meditandum eſt. vt ſcilicet non vobis ſed ſcripture ſacre ꝓſiliis acquieſcamus: in qua theſauri ſapiencie abſconditi ſũt. Vnde Pompeius libro. xi. narrat q̃ Alexander a patre ſuo exiguã miliciam accepit. Verũtamen docta & in ꝓliis aſſueta erat. Et ideo ipſa mediante: ĩnumerabiles hoſtes ſuppreſſit. Sic enĩ dum naſcimur modicam miliciam & modicas virtutes accipimus. Si tamen in fide inſtruamur: & in bonis operibus exercitemur: contra hoſtes preualebim9. Vnde Vegeci9 libro quarto: capitulo primo narrat q̃ Aſſita licet nauium vſu non indigeret. ne tamen milites torperent: iuſſit naues edificari: et milites ibidẽ

exercitari. Sic nunquam ociosi esse debemus ne cárnis desideria succumbere nos faciant. Plures tamen non exercicium bonorum sed maloꝝ frequẽtant. Nihilominus tamẽ narrat Vegecius ybi supra qualiter Catho suis militibus precepit: vt rapinas nõ facerent sub pena abscisionis dextre manus. Quia inquit militem p̃dari non licet. Insup in libro de vita cesaris exemplũ satis conforme legitur. Non debemus igitur ĩ prauis sed in licitis operibus exercitari: atq; non de proprio sensu: sed de cõsilio sacre scripture confidere tenemur. Vnde narrat Valerius libro primo: capitulo septimo q̃ disciplina militaris Romano imperio: multarum vrbium dominacionem: atq; regnorum & gencium regimen largita est. Simus igitur sapiẽtes. quoniam vita hominis milicia est super terram. Dicit enim Policratus libro sexto: capitulo. viii. q̃ militum vocacio ẽ: vt non permittant rempublicam egere aut perire. Non fũt igitur milites qui propriam animam in peccatis damnari permittunt. Vnde Egesippus libro quinto allegat dictum Tyri dicẽtis q̃ in exercitu non solum requiritur virtus corporis: sed eciam mentis. nec contra hostem fortitudo: sed eciam discipline norma. ne scilicet miles sit crudelis vel impius: aut ne prede pocius q̃ victorie sit intentus. Vnde Luce tercio de militibus dicitur. Contenti estote stipendiis vestris. Et est verbũ beati Iohãnis baptiste. Plures autem huius temporis viri se iactant nobiles: indeq; superbiunt: & alios contemnunt. ceterosq; rusticos nuncupant. et tamen ipsi qui talia frequenter dicunt: vilissimis operibus suam nobilitatem offendunt. et cum aliis iniuriantur: se ignobiles attestantur. Vtinam illud Iob. xxxv. attenderent. Nunquid non in vtero fecit me qui & illum. Super quo gregorius primo moralium. capitulo secundo. Omnes inquit homines natura fecit aquales De nobilibus tamẽ inquit propheta Osee. ix. Gloria

eorum ab vtero est & partu. Et Boecius libro tercio de consola. capitulo. vi. O inquit q̃ inane & q̃ inutile quis videat. Et declarat ibidem qualiter nobilitas nõ est nisi laus parentũ. nec debet aliquis gloriari de lau de aliena. Vnde Ieronimus epistola. c. iii. Non est inquit gloriandum de nobilitate carnis. quia nec virtutes nec vicia parentũ imponenda sũt filiis: nisi supple fuerint imitatores parentum. Et Crisostimus super Matheum: omelia quinta. Nobilitas inquit siue bonitas parentũ non valet: nisi fuerimus ipsi boni. Et omelia. xlix. concludit q̃ non valet habere Iob in patrem sine operibus Iob. Et omelia. ix. sic dicit. Nihil inquit prodest malis bonitas parentum. et nihil obest bonis malicia. Etenim illi non sunt nobiles qui a splendore parentum recesserunt: sordibus & nequiciis vacãtes: vt declarat Valerius libro. iii. capitulo quinto. Quãobrem de tali nobilitate Iuuenalis dicebat. Omne inquit vicium tanto maius: quanto maior est qui peccat. Nã ille nobilis est qui virtutibus claret: vt ait Seneca epistola. xlv. Nam talis nobilitas donum nature est. Nec debet exinde quis gloriari. Quinymo quisq; tanto debet esse humilior ex munere: quanto se obligaciorem esse conspicit in reddenda racione: vt inquit Gregorius omelia. xi. libro primo. Et Apostolus ad Corinth̃. quarto. Quid inquit habes quod non accepisti. Quid gloriaris quasi non acceperis. Ideo Ieremie. ix. dicit̃ Non glorietur sapiens in sapiencia sua: nec fortis in fortitudine sua. Ea enim que natura dedit. nec laudem: nec vituperium faciunt. sed ea solũmodo que libere cõtrahunt̃ & fiunt. Ideo Apostolus prima ad Corinth̃. secundo. Gloria enim nostra hec est: testimonium consciencie nostre. quasi diceret: q̃ non ex naturalibus debem9 gloriari. sed ex moribus siue propriis operibus.

Sophilogii tractatus tercius
Libri tercii finit fœliciter.

Tractatus quartus libri tercii de Statu plebeiorum Cuius primum capitulum est de Diuitibꝫ & eorum statu

Voniam qui sectant̃ auariciã virtutibus vt plurimum non intendunt. Sed quid prosunt diuicie si virtutes non habeant̃. Narrat enĩ Valerius li. iii. ꝙ Scipio omnia temporalia post ponens virtutes pretulit. Vnde cum ipse accusaretur apud senatum romanoꝝ: Ipse respõdit. Cũ ego affricam vobis subiecissem: nil aliud exinde nisi cognomen deportaui: quia scilicet fuit dictus Scipio affricanus: eo ꝙ affricanos romanis subiecerat. & ideo statĩ subdit. Locuplecior inqt sũ inuidia ꝙ peccunia: quia scilicet homines plus inuidebãt suis virtutibus ꝙ suis peccuniis: quia eciã pocius virtutes ꝙ peccunias querebat. quia sicut dicit̃ ꝓuer. xv. Cõturbat domum suam qui sectatur auariciam. Et ꝓuer. xviii. Qui auariciam odit: longi sũt dies eius. Nunqd narrat Valerius li. v. ꝙ consules romani intantum pauperes erãt ꝙ dũ morerent̃ liberis suis nil relinquebãt, Vnde senatꝰ romanoꝝ eoꝝ liberis ꝓuidere consueuit. Insuꝑ li. ii. de nugis philosophoꝝ de Archagogle rege legitur ꝙ aurum tanꝙ fictilia spreuit. Vnde dicit ꝙ prestanciꝰ est fulgere moribus ꝙ rebus, Ipse enim vt ibidem dicit̃: rex Cicilie fuit. & hoc ꝑ fortunam. quia pater suꝰ figulus erat: & inde vasis fictilibus vtebat̃. Vnde dicebat non debeo ꝓpter fortunam meam negare naturã Ceteꝝ Valerius libro de Tiberione quodam narrat q licet ditissimus esset fictilibus tamen vtebatur dicens maior est thesaurus continencie ꝙ peccunie. Vnde cũ sibi munera presentarent̃ ipse respondit deferte inqt thesauꝝ uestꝝ: & meum mihi relinquere. Ipse enĩ nouerat illud. i. Chorinth̃. v. Quoniam auari regnũ dei non possidebunt. Insuꝑ Valerius libro. iiii. de mercacurio narrat ꝙ fuit abstinencie norma & spectaculum

fortidunis romanorꝫ. Ipse enim in disco humili cõme-
debat. & in domo exigua morabatur. deforis igit̃ se-
mel legati fuerant sperãtes ꝓpter sui inopiam mune-
ribus eum corrũpere posse. sed non preualuerunt. Vn
de respondisse fertur. Malo locupletibus ĩperare :q̃
locuples fieri. Munera inqt vestra deferte: & memẽ
tote ꝙ nc acie vĩcar nc peccuniis cõrupt9 ero. attẽdat
enim illud Apostoli. Ephe. v. Scitote intelligẽtes ꝙ
omnis auarus nõ habet hereditatem ĩ regno dei. Quo
niam auaricia est idolorꝫ seruitus. Nunc autẽ illud isa
lxi. uerificat̃. Omnes in viam suam declinauerũt vnus
quisq; ad auariciam suam: & tanq̃ desperantes semet
ipsos tradiderũt omnes in auaricia Ephe. iiii. Attẽda
mus ergo facultatum abundanciam esse amicam auari
cie: pacisq; inimicam. Nam abraham & loth fuerũt di
uisi: quia substancia eorꝫ erat multa. Vnde Augu. ser
mone. lv. Difficile est inqt habere diuicias & nõ ama
re ipsas. Ideo periculose sũt suis possessoribus. Quam
obrem cristus. xviii. dicebat. Si vis ꝓfectus esse vade
& vende omnia que habes &c̃. quoniam facili9 est ca
melum p fo. a. inẽ. q̃ di. in reg. ce. Vnde Sapiẽcie. v
Quid vobis ꝓfuit supbia quid diuiciarꝫ iactancia. Et
sequit̃. Transierunt omnia tanq̃ vmbra. Ideo Seneca
sic dicebat. Non est inqt homo estimandus ex his que
fortuna dedit. Vnde Abacuc. ii. Ve ei qui multipli-
cat non sua: vsq; q̃ aggrauat contra se densũ lucum. Et
Ibero. eõ. xcvii. Omnis inqt diues iniqu9 aut heres ĩ
iqui est. Et prima Thimo. vi. Qui amat diuicias fru
ctum non capiet ex his. Quaꝫpter Grego. xviii. dice
bat. Diu inqt cum rebus nostris durare non possum9
quia illas aut moriendo deseremus: aut ille nos viuen
tes quasi pereundo nos deserent. Quia cum diues dor
mierit nihil secũ affert. vt dicit̃ Iob. xxvii. Vnde Lu.
vi. Ve vobis diuitibus qui habetis hic consolacionem.
vestram. Vnde Augu. de uerbis domini sermone. xii

sic dicebat. Quid ꝓdest plena bonis archa: inanis con-
sciencia bona vis habere & tamẽ bon9 esse nõ vis. Eru
besce de bonis tuis: si domus plena est bonis: & habet
malum hospitem. Nam teste Se. ep̃. vii. Munera for
tune sũt insidie. & ep̃. iiii. Segetẽ nimia libertas spẽ
nit: rami onere frangunt̃: ad maturitatem nõ uenit ni
mia fecunditas. Vnde Grego. in registro. iii. Omnia
inqt in hoc mundo mutabilitatis ordo corrumpit. Nõ
igit̃ in ꝓsperis eleuari: nec in aduersis turbari debe-
mus sed aduersitatis memoriam tanq̃ humilitatis an
choram in mẽte teneamus. Quoniam sicut dicit̃ ꝓuẽ
primo. ꝓsperitas stultoꝝ perdet eos. Vnde Augu. ep̃
lxxxi. Mund9 est periculosior blãdus q̃ molest9: quia
in abundãcia temporalium timẽda est: ne cupiditas se
ducat. quia dicit Greg. xviii. mora. Prosperitas gres
sus obliquat vt vix ad bona redire possunt. Quãobrẽ
Augu. ep̃. l. concludit ꝙ nihil est infelicius felicitate
peccãcium qua scilicet felicitate penalis nutrit̃ iniqui
tas & mala voluntas uelud hostis interior roboratur.
& subdit. Si inqt deus pollere ꝑmittit iniquos in pro
speritare tunc indignat̃ grauius si delicta ĩpunita per
mittant̃. Quaꝓpter Seneca de prouidencia ait: ꝙ ni-
hil est infelicius eo cui nunq̃ accidit aliqd aduersi. Et
ponit ibi exemplum de regulo qui secũdum quantita
tem tormentoꝝ gloriam habuit maiorem. Vnde Gre
mora. vi. Quasi inqt ꝑ amena prata in carcerem ueĩt:
qui ꝑ presentis vite ꝓspera ad interitum currit. Ideo
Iob. xviii. Precipitabat eum consilium suũ scilicet ꝓ-
speritatis humane. Vnde Sene. ep̃. xxxvii. Res inqe-
ta felicitas que animum exagitat: mouet cerebꝝ: & ꝑ
vno genere ad aliud irritat quosdam ꝑ suꝑbiam: alios
ꝑ luxuriam: istos inflat alios mollit. Quãobrem Vale.
li. vii. ca. ii. narrat dictum Salomonis dicẽtis. Nemi-
nem dum viuit esse beatum: quia fortune subiect9 est
Idem eciã narrat qualiter cuidã querenti quis beat9

esset. Respondit. Nemo inqt beatus est ex his quos tu felices putas sed ille beatus est qui miser a te creditur. quasi diceret q̃ bona tẽporalia nullum beatum faciũt. Attendẽdum enim est q̃ multi diuites fuerũt q̃ postmodum corruerũt: sicut de pluribus narrat Vale li. vi. ca. vltimo. Sicut de Crasso qui locupletissimus fuit: & postmodum egens factus de risorie ab omnib̃ vocabat. Idem eciam narrat de Casso qui apud romanos valde claruit intantum vt diceretur patron9 senatus: postmodum tamẽ in conspectu fori romani a carnifice laniatus fuit. De tẽporalibus igit̃ non est gloriandum. Vnde Augu. de uerbis domini sermone. xiii Magne inqt virtutis est qui felicitate temporali luctare ne alliciat: ne corrupcionem iferat. Vnde Philippen. iiii. In omnibus constitutus sum scio humiliari & abũdare. Sup quo Grego. sup ezech. li. ii. omel. vii. Magna inqt est mire sciẽcie disciplína atq; toto cordis nisu discenda: scire scilicet ꝓspera sustinere & aduersa Et ideo Seneca li. de prouidẽcia. Fugite inqt delicias fugite eneruantem felicitatem qua animũ madescũt: que si excesserit periculosissima est atq; mẽtes ad imaginaciones vanas euocat. Cur igit̃ cõfidunt homines in virtute sua & in multitudine diuiciarum suarum gloriantur

Capitulum. ii. de Pauperibus & eorum statu

Aupertas de se mala non est: sed paupes quã
p doq; mali. & quod optimum est scilicet celũ
pocius pauptate q̃ diuiciis emit̃. Vnde Iaco
primo dicitur. Nõne deus elegit pauperes ĩ
hoc mundo. Nam desideriũ paupe; exaudit domin9 inqt ꝓpheta. Narrat enĩ Grego. circa finem sui dialogi qualiter ipse ꝓhibuit: ne sui scilicet fratres accederent ad quendam religiosũ in morte: ꝓhibuit eciã ne ipsũ sepelirent. eo q̃ ipso viuente habuit tres aureos quos iussit ꝓici sup eum in detestacionem sue cupidi

tatis. O quanta diffidencia si credis egere aut perire dum eterno regi famularis. Nonne qui habet omnes thesauros te ditari potest ipse signanter qui liberalissimus: qui potẽtissimus qui omnia nouit quibus indigere potes. Vnde Matb̃ v. Beati pauperes spiritu q̃ scilicet ueram in spiritu humilitatem atq̃ sufficiencia habent. Vnde Grego. diala. i. ca. xii. Parũ ꝓdest paupertas nisi affuerit humilitas: quoniã pauperem superbum odit deus. Et alibi dicit̃. Quoniam paup est nõ q̃ minus habet: sed qui plus cupit. Ex quo patet q̃ vera paupertas spiritum humilem & saciatum reddit. Si ergo omnes saciari appetimus cur paupertatem nos omnes abdicamus. Narrãt enim naturales q̃ ceruꝰ licet siciat non tamen bibit quousq̃ plenitudinem aque inueniet ex qua potest saciari. Cur igit̃ de torrente bꝰ caducitatis potamus: cur in temporalium acq̃sicio̅e solicitamur. Expectemus enim illam plenitudinem glorie celestis in qua saciari valeamus quoniã omnes secuti fontes & flumina non nisi amaritudo sũt. Vnde apostolo. Matb̃. xviii. dixerunt. Ecce nos reliqmus omnia & secuti sumus te: quoniã apud te est fons vite: & in lumine tuo videbimus lumen. Nunqd experimur q̃ omnis auarus sitit: hec nõ immerito: quia auaricia calor est qui sitire facit: quem dii infernales seminãt ipsis q̃ ignibꝰ attrocissimis adurunt̃. nã vt predixi omis auaricia idolozꝰ seruitus est. Concernamus enim illud quod narrat Valerius li. iiii. ca. iii. de Fabricio qui refutauit auꝝ & argẽtum sibi missum. Item Diogenes omnia spreuit. Teste enĩ Seneca li de ꝓuidencia. De mocritꝰ diuicias ꝓiecit tanq̃ onerosas & libro de trãquilitate animi sic ait: narrans de quodam qui cũ omnia ꝓdidisset gaudens eciã dicebat. Iubet inqt fortũa expedicius philosophari. Vnde li. ii. de vitis patrum dicit̃ q̃ thesaurus monachi est voluntaria pauptas Et de quodam ibidem dicit̃: qui uendidit euãgelium vt

De pauperibus ꝛ eorũ statu

pauperibus succurreret dicens. Verbum inqt vẽdidi: quod iubet omnia vẽdi & dare pauperibus. His igit̃ verbis patet pauptatem merito esse tollerandam mũdiq; diuicias cõtemnendas fore. Vnde narrat Ibero. ep̃ xxxv. ꝙ Crathes thebanus homo quõdam ditissimus cũ ad philosophandum athenas ꝑgeret magnum pondus auri abiecit: quia nõ putauit se simul diuicias & virtutes posse possidere. Insup idem Ibe. ep̃. xvi. đ quodam philosopo narrat qui multaꝝ possessionũ precium in pelagus ꝓiecit dicens. Abite inqt in ꝓfundũ maris. Malo enim vos submergere: q̃ꝫ vt submergerẽ a vobis. Ecce igit̃ qualiter sapientes hi mũdanã dulcedinem tanq̃ꝫ amaritudinem spreuerũt. Quinimo in hoc solũ putabãt ditari cum ĩ diuiciis cor nõ apposuerunt. Nam de Fabricio narrat Valeri li. iiii. ca. iii. ꝙ locupletẽ & diuitem ipsũ faciebat nõ multa possessio sed modicum desiderium. Solas enim virtutes diuicias putabat. Insup de ʒenone philosopho narrat Agellius ꝙ omnia tẽporalia cõtempsit: quia cum fortunã suam bonam semel ꝑdidisset dicebat. O inqt felix fortuna que me iubet lecius philosophari. Hoc idem narrat Sene. de tranqllitate animi. & Tuli9 .ii. de tus. ques. Ecce patet quomodo felix est leta pauptas. Qui autem volunt diuites fieri incidunt in laqueum dyaboli: in desideria multa. Iuxta Apo. Attẽdamus ergo illud Isa. xliiii. Elegi te in camino pauptatis: quia scilicet in mũdo ad paupertatem volũtariam vocati sumus vt nil cupiamus vt habeamus: sed solũ habeamus vt viuamus. Vnde Cris. sup Math ome. iiii. Pauptas inqt est caminus qui calidior est igne. Sicut enim egẽ non dicitur aggrauari de medicamẽto nec de purgamento: sic pauper de pauptate nõ grauatur. Ideo. iii. ca. Thobias dixit. Fili mi pauperem vitam gerimus: sed multa bona habuerimus si deum timuerimus. Et Seneca ep̃. ii. Honesta inqt res est leta pauptas: nec ẽ

paupertas nisi leta sit. Nam cui cum paupertate bene conuenit diues est nec paup est qui paꝝ habet sed qui plus cupit. & Grego. sup ezech. li. ii. ome. vi. Ille inqt paup est qui appetit quod non habet. Qui tñ non habet nec habere petit diues est. Ideo ꝓuer. v. dicit. est diues quis cum nihil habeat quasi diceret ꝙ diues est qui nihil appetit: licet nihil habeat. Quãobrem Gre. vbi sup̄. Pauptas inqt est inopia mentis: nec cõsistit ĩ qualitate possessionis. Lamentandum est tñ nũc ꝙ q̄libet studet nũc esse filius ꝓcuratoris scilicet hꝰ mundi. Omnes enim auaricie student: & tamẽ diuicie conseruate sũt in malum domini sui atq; pereũt in afflicci one sua vt dicit Eccle. v. Augu. in libro cõfessionũ dicit ꝙ transiẽs ꝑ vicum vidit quendam paupem hilarẽ & letum: & ingemuit: suisq; sociis dixit. Omnibus conatibus laboremus vt ad securam leticiã ꝑuenire possimus. In pauptate tamen cristus nos precessit. Vnde Augu. subdit. Ille letabat: ego anxius eram: ille securus ego trepidus. Vnde dicit poeta. Ouere tuta facultas pauperis angustiq; laus. O munera nõdum intellecta. Vnde Nath. v. dicit Beati paupes spiritu & Isa. xlix. Pauperum suoꝝ miserebit. Vt igit heredes simus nõ mũdo: sed cristo nascamur vt simus filii & heredes: nec queramꝰ diuicias terre sed gracie & glorie dei. Quoniam sicut dicit Isa. xxxiii. diuicie salutis Sapiencia & sciencia timor domini ipse thesaurus eiꝰ Et ideo Grego. mora. xxi. Minus inqt inops est qui non habet vestem q̄ qui humilitatem. Et ideo odibil est deo paup supbus. Ecclesia. xxxv. Racionabiliter igit concludit Augu. v. de. ci. dei. ca. xviii. ꝙ ipse deus est opulencia mencium: & sua plenitudine facit homines felices. eius igit diuicie sũt appetende Quoniã gloria & diuicie in domo eius dicit ꝓpheta. Heu si attenderemus quanta mala diuiciarum occasione: fiunt quantusq; dolor ipsarum gignitur occasione: paupta-

tem opibus preponeremus Nunqd enim Absolon per capillos suspensus est vt dicit̃. ii. Re. xviii. Sic enĩ diuiciarum amatores ipsis suspendunt̃ & pereũt. Etenĩ attendere deberent verba Apo. Phi. iii. dicentis. Omnia ꝓpter cristũ detrimentum feci & arbitror vt stercora vt cristum lucrifaciam. quoniã non ꝓderunt diuicie in die vlcionis ꝓuer. xi. Vnde Oracius in suis epistolis ep̃. xii. sic dicebat Si rectus fueris nõ estimas vt copia maior a Ione donari possit tibi tolle q̃relas. Pauper enim non est cui reꝝ suppetit vsus: si uentri si lateribus pedibusq; tuis nil diuicie maius regales addere possunt. Item Seneca de reme. fortu. sic dicebat. Paupertas mihi grauis est respõdit Sed tu pauꝑtati quia non in pauꝑtate viciũ: sed ĩ paupe. Illa quidem hilaris & tuta. Vnde iuuenalis cantabat vacuus coram latrone viator Quãobrẽ Augu. li. đ verbis Apo. sermõe. xxviii. Pauꝑtatem suadet dicens. Nõ inqt displiceat tibi pauꝑtas tua: quia nihil ea dicius inueniri potest. Vis cognoscere q̃ locuples sit qua celum emitur. Vide igitur quibus thesauris cõferri posset quod pauꝑtati videmus indultum. Nempe vt ad regnum celoꝝ pueniret diues sua possessione obtinere nõ potuit. Vnde Isa. xxix. Pauꝑes homines in sancto israhel exultabũt. Et ꝓpheta. Tibi derelictus est pauꝑ: orphano tu eris adiutor. & Luce primo dicit̃. Diuites dimisit inanes: eorũq; spes vana est: eo ꝙ pre cõfidencia diuiciaꝝ salutis eterne gloriam adipisci premittũt: atq; se putãt a deo haberi odio: si eoꝝ facultates ab eis tollant̃: quibus tñ seducunt̃. Fingit tamẽ Seneca in suis declaracionibus ꝙ ciuitas olim fuit in qua lex fuit posita: vt nullꝰ alienum caperet aut damnificaret qđ si quis faceret atrocissimis puniendus erat verberibus. Contigit quidem ꝙ vir desperatus laqueo ꝓprio suspenderet. Quod videns quidam sibi cõpaciens laqueum gladio scidit ne ille moreretur. Ille autẽ qui se suspenderat corã iudi-

ce veniens querelam fecit: cur ille laqueū suum damnificasset. O quanta insania de laqueo fracto conqueritur: & de vita recupata & obseruata nō letatur. Sic enim plures in diuiciis ꝓpriis se suspendunt & mortē eternam ꝓpter ipsas incurrunt. Et si deus eoꝝ facultates minuat ipsi tunc cōqueruntur & deum odiosum eis arbitrant. O quāta stulticia. Nam de terrena substancia querelam faciāt: & vite eterne felicitatē quā ꝓpter diuicias ꝑdebant nōn plangūt. Ea ꝓpter beatꝰ Iacobus in sua epistola ca. ii. dicebat. Nōne deus elegit paupes in hoc mundo vt nos faceret diuites in fide & coheredes regni quod ꝓmisit deus diligentibus se

Capitulum. iii. de Mercatura

Mercancia fideliter fieri debet nec pretextu vendicionis aut empcionis fraus ī ꝓximo excogitari debet nec vsura tractari. Vnde exo. xxii. nec vsura opprimes eum scilicet ꝓximū. Et Leui. xxvi. dicit. Peccuniam tuam non dabis ad vsuram. Et Lu. vi. Mutuū dantes nihil inde sperantes. Ideo ꝓpheta dicit. Qui pecu. su. nō. de. ad vsurā. Vnde Ambro. li. iii. de offi. sic ait. Cur inqt ad fraudem cōuertis nature industriam: cur affectas inopiā ꝓximi: cur optari facis pauperibus sterilitatem & cū exploras quādo tempus sterile erit: hanc vocas industriam que est fraudis astucia. Et quod vocas remedium latrocinio cōiunctum est. Nunqd iudeis ꝓhibitū fuit ne fratribus suis accomodauerint ad vsurā. Deu xvi. Vnde Augu. ep̄. xxxvi. Quid dicam de vsuris nisi quia crudelior est: quisubstanciam subtrahit diuitiē qui fenore trucidat pauperem. Itē Criso. sup Mathe. v. Nihil inqt vsura turpius: nihil crudelius. Nā vsurarius lucrum suū alterius aduersitatem facit. Insup Tuliꝰ li. primo de Tusc. ques. Cathōe querēti qd expedit faciendū in re familiari. Respōdit bū pascere bene vestire bene arare &c. Sed cum quereret an lice

De mercatura

ret fenorari id est ad vsurã cõcedere. Respõdit. Quid
est inqt hominẽ occidere quasi diceret q̃ fenorari idẽ
est quod hominem occidere Cõmemoremus enĩ histo
riam que habet̃ in historia tripertita li. primo despe
ridiano episcopo qui pauperibus mutuabat triticum
volens q̃ tẽpore ꝓsperitatis quod acceperãt restitue
rent vt aliis pauperibus subuenireẽ. Accidit tamẽ q̃
quidam mutuo semp accipiebat & nunq̃ reportabat:
sed cũq̃ semel ad episcopum venisset vt triticum acci
peret. Dixit ei episcopus vade accipe. Ille autẽ abiit
sed cũ in horreo nihil inuenisset episcopo retulit. Cui
episcopus miꝫ inqt q̃ tu solus horreũ vacuũ inuene
ris. Et ille tunc fassus est delictum & totum restitu
it. Nõ igit̃ indebite est acqrenda ꝓximoꝫ substancia:
& pociori racione fratrem frater offendere nõ debet
quoniam qui vendiderit uel offenderit sui sanguinis
immemor est. Attẽdant igit̃ mercatores vt fideliter
in sua mercacione ꝓcedant. Vnde puer. ii. dicit̃. Ab
hominacio est apud deum põdus iniquũ & statera do
losa. Vnde Math. vi. Adhuc ignis in domo impii the
sauriq̃ iniqtatis & mẽsura plena ira est. Et subditur
Nunqd iustificabo stateram impiam & põdera dolosa
in quibus diuites eius repleti sũt iniqtate: & habitato
res ĩ ea loquebantur mẽdacium & lingua eoꝫ fraudu
lenta in ore eoꝫ. Qua ꝓpter deus Leui. xix. precipie
bat mercanciaꝫ fidelitatẽ dicẽs. Statera iusta & eq̃
sint põdera & iustus modius equusq̃ sextarij. Inqrit
tamẽ Tulij li. iii. de offi. ca. xii. An liceat uenditori:
rei quam uẽdit vicia ꝓmulgare. Vnde narrat ibidem
disputacionẽ Diogenis & antipatris sui discipuli. Nã
Diogenes sic dicebat. Quid inqt stulcius q̃ uẽditorẽ
vicia rei quam uendit narrare seu tanq̃ preco dicere:
domum pestilẽtem uendo. In cõtrarium tamẽ antipa
ter sic dicebat. Nisi inqt vicia narret impbe facit &
ꝓximum decipit. Cõcludit igit̃ Tulij q̃ nõ boni viri

sed fallacis est vicia rei celare uēdendo. Nam Diogenem defendit vtilitas: sed antipatrē prefert honestas Vnde narrat ibi exemplum de quodam qui cū intellexisset q̄ quidam alius suum ortum uēdere vellet fecit piscatores ad suū ortum venire cū nauiculis & tubis & si pisces ibidem essent: quod videns emptor carius emit: sed ī crastinū nec pisces reperit: quinimo audiuit ibi pisces nunq̄ fuisse: & sic decept9 est. & ideo Eccle. xxxi. dicit. Cum negociatore & emptore tractat dirigendo eos

Capitulum. iiii. de Seruis & laboratoribus

Nempe legimus primo Reg. xii. q̄ Ioab licet victor esset: noluit tamē ciuitatem cape. vt victoria nō sibi sed domino suo ascriberetur. Sic etenim apud gentiles suis dominis serui fideles erant. sicut narrat Valeri9 li. iiii. ca. viii. Idē eciam habet in vita cuiusdā cesaris q̄ licet quidā seru9 cesaris ab Anthonio fuit captus: quia cesaris inimic9 erat vt seruus ille cesarem abnegaret nūc seruicia uel beneficia nūc supplicia exhibebat: sed nihilomin9 seruus cōstanter dicebat. Iube me iugulari quia nec salutis beneficō nec mortis supplicio cesaris nules esse desinam aut tu9 esse incipiam: gracia cui9 cōstancie dictus seruus apud Anthoniū incolumitatem īpetrauit. Ibidem eciam narratur de quodam alio qui pocius voluit mori q̄ a suo domino seperari. Vnde Scipio ei salutem putabat dūmodo vellet eum Pompeio famulari. Seruus autē ait: gracias tibi ago: quia grāde seruicium offers: nulla tamē racione deseram dominū meū Milites igitē cristiani nulla ex causa debent cristū deserere: & alteri scilicet mundo & māmone seruire. vnde apo. Corin. viii. Quis sepabit nos a caritate cristi: quasi diceret nullus. Insup Valerius li. vi. ca. viii narrat de seruo Papinionis qui cum audisset aliquos esse deputatos vt dominum suum occiderent: Ipse cū do-

De seruis et laboratoribus

mino suo vestem & ãnulum cõmutauit & loco Papini onis interfici voluit. Cõforme eciã ibidem habet exẽplum de seruo Ancii qui miranda supplicia ꝓ domino suo tollerare voluit. Item Seneca li. iii. de benefi. ca. xiiii. nãrat similem historiam preallegate historie secũdum Valeriũ. Narrat insuper de quodam seruo macerando venenum petẽti: obedire cupiens loco veneni medicamen obtulit: & exinde domino suo ueniam impetrauit. Ceteꝝ Pompeius li. iiii. narrat ꝙ Anaxillas filios suos reliqt paruulos sub tutela serui sui Spectatores fidei quem tantum dilexit vt eiꝰ amor quasi filialem precelleret amorẽ. Ideo ꝓpheta nos ãmonet dicens. Seruite domino in timo. & ex. e. cũ &c quia seruus qui scit volũtatẽ domini sui nõ faciens: plagis vapulabit multis Inqt dominus in euãgelio Math. Nũc tñ seruoꝝ viget infidelitas quia nec deo nec hominibꝰ fideliter famulant. Nam qui peccatis seruiũt deo famulatum nõ prebent nec ĩpendũt. Tales enim similes sũt seruo de quo narrat Pompeius li. xviii. Nãrat enĩ ꝙ cum aliq serui victores fuissent: ordinauerũt inter se vt inter dominos suos ille rex esset qui primo solis splendorem mane videret: qua ordinacõe facta seruus cuiusdam qui Strato dicebat: suo domino suasit vt vẽsus occidentem intueret. Itaq; dies magna extitit & fulgorem ille non videbat. Huiꝰ tamẽ fraudis cognicione habita Strato fuit rex factus. Sic enim multi dominos suos seducũt & ꝑ adulacões impediũt ne videant orientẽ: scilicet ne ueritatẽ agnoscãt: & suadẽt intuitum occidentis: scilicet opera tenebraꝝ. Non sic igit sed in cristo famulandum est. Vnde Math. xvii. Reddite que sũt cesaris cesari & que dei deo: quia q̃cumq; humana seruicia in cristi nomine impleri debẽt atq; ipsoꝝ occasione diuina opera nõ debẽt pretermitti. Vnde Va. li. iii. ca. iii. narrat quomodo seruꝰ quidam barbarus subito interfecit Astrubulam eo ꝙ do-

de peregrinacione

minum suum occiderat: & cum racione homicidii vehement cruciaret: nihilominus letabat: eo q impietatem serui cōcusserat. Sic eciam pdefensa nominis cristi certare debemus atq blasphemātes siue emulātes suo nomini: sanis correctionibus & cōsiliis inuadere. Vnde Eccle. x. In cogitacione tua regi nō detrahas. Ideo Apo. Ephe. vi. dicit Seruite domino cū timore & tremore & simplicitate cordis. Sed fortassis plurimi se putant infelices eo q alioꝝ sūt serui: alii quoq q dominant eis famulātes despiciūt vtinam vtriusq condicionis homines attendant quoniam nec famulari decus est nec dominari fastus esse debet

Capitulum. v de peregrinacione

Vita presens est q̄si quoddam peregrinagium ob hoc status peregrinoꝝ vita laudabilis est dumodo recta intencione discant peregrinari. Queso igit vt veteꝝ peregrinaciones commemoremus. Attendamus enim quoniam sicut dicit Gene. xii. Abrahā terrā ppriam atq cognacionem dimisit & ad mandatū domini ad alienā terrā pfectꝰ ē. Qua ppter benediccionem dei pmeruit. Sic enim vir cristianus relinquere debet domū ppriam scilicet ppriam voluntatē & quoscūq amicos & parētes vt dominico precepto obediat. Nam cristus dicit qui non odit patrem & matrem & odit animam suā nō potest esse discipulus meus. Sed que est terra ad quā pficisci debemus nisi celestis gloria in cuius spe tanq̄ fideles peregrini venire debemus. Quoniā testāte apo. nō habemus hic manentem ciuitatem: sed futuram īquirimus. Sed quid est q Abraham altare domino construxit: nisi q fideles peregrini in hac mortali vita diuino cultu insistere debeant. quoniā laus eius in ecclesia sanctoꝝ inqt ppheta. Sed nunqd Abrahā suā vxorem voluit vocare sororem. Sic debēt peccatores. siqdem vxor caro nostra est: cui deus animam nostram de

sponsauit. Sed dum peregrinamur in egipto scilicet ī
hoc mortali mūdo: carnem tanq̄ vxorem nō amare de
bemus: sed pocius amore quodam naturali ipsam dili
gere tenemur. Quoniā teste apo. Corinth̄. primo. Si
spiritu carnis inqnamēta mortificaueritis viuetis Sz
quid est Pharo nisi dyabolus qui nostram carnem sub
iugo tenere cupit: & ad peccatum ītēdit pducere. Si
tamē vir id ē spiritus iustus fuerit sicut Abrahā fue
rat: deus Pharaonem scilicet dyabolum cōcutit & ab
eius seruitute animam eripit: quoniam nō vidi iustū
derelictum: nec semen eius querens panem: teste Da
uid. Ex his igit patet qualiter sit pegrinandum non
in carne sed in spiritu: non hic manēdo. sed cor ad ce
lestia erigēdo. Experimur enī q̄ plāta valde crescit si
in aliena terra plātata fuerit nec potest in ppria ter
ra scilicet vbi seminata siue primo plantata sit germi
nare sicut in aliena terra: Ideo cristus dixit. Nemo ac
ceptus est ppheta in patria sua. Vt igit in virtutib̄
& graciis pficiamus: Ideo mūdi hui9 caducitate spre
ta ad regnum celeste toto mentis affectu peregrine
mur. Attendamus enim quoniam peregrinus domum
quietam non habet ad terminum quietis tendit quā
tum ambulat semp meditat & cū hospite semp racio
nem ponit. Sic enim cōgruit vt cum deo sepe cōpute
mus: nunc delicta fatēdo: nūc p beneficiis ei impēda
mus laudes & graciaz acciones & quantum ambula
mus scilicet quantum pficimus: quantū melioremur
frequenter meditari debemus. Nam sicut narrat Se
neca li. iii. de ira ca. primo. Philosophus quidā dictus
Sextinius omni die cōputabat sua merita atq̄ demeri
ta: vt sciret de quanto melior aut deterior esset. Plu
rimi tamē sine cōsideracione vie peregrinant quia vi
te sue qualitatem nō considerant. Alii vero tarde ābu
lantes tminum attingere nequeūt: quia scilicet in tē
poralib̄ occupant. & viam salutis eterne ambulare ne

gligũt. Et si ambulare ceperint scilicet si aliqd bonũ facere disposuerunt cito fatiganť cito attedianť. quia sũt impotẽtes uel ꝑ nimiam iuuẽtutẽ scilicet ignorãciam uel ꝑ nimiam senectutẽ scilicet peccatoꝝ aut ꝓpter nimiam corporis grauitatem scilicet diuiciaꝝ facultatem. Inqramus ergo cur angeli mouentes celum non fatigantur. Huiꝰ enĩ racio est: quia sũt ĩmateriales atq; pure spirituales. Vt igiť ĩ bonis operibus nõ fatigemur: non carni sed spiritui subiciamur. Cõmemoremus enĩ Platonis philosophi ꝑegrinacionem de qua ferť in libro qui diciť suda. quod est ad italiam ꝓfectꝰ: imo ad italiam ꝓficiscebať vt Pitagoricoꝝ philosophoꝝ doctrinam audiret. Et de eodem narrat Policratus li. iiii. ca. v. ꝙ in egiptum peregrinatus fuit vt vacaret astrologie. ibiq; vt a pluribus crediť didicit oracula prophetarum. Exinde tamen in italiam rediit & pitagoricum tharentinum secutus est. Quĩ imo vsq; ad indos & medos ꝓfectus fuisset: nisi bella caletica ꝓhibuissent. Insuper de Pitagora philosopho Policratus narrat li. vii. ca. iiii. ꝙ ꝓ scienciis acqrendis in pluribus regionibus ꝓfectus est. Vnde ꝓ motibus sideꝝ cognoscendis: iuit primo in egiptum & deinde in babiloniam: & exinde regressus est ad regiones cretaꝝ uel lacedonioꝝ: vt minois & ligurgi leges inclitas ꝑcipe valeret. Ex quibus patet qualiter pro sciencia eciam humana acqrenda philosophi ꝓfecti sũt Nunqd ergo magis decet ꝓ celesti vita adipiscenda: peregrinari: cristo dicẽte illud Math. xxv. Venite benedicti patris mei percipite regnum &c̃. In hoc enim mundo gloriari non debemus. Nam vita presens trãsitoria est: & tanq̃ peregrinaginiũ continuis subiacet motibus. Tanq̃ igiť peregrini in hac vita viuere debemus: nostram felicitatem in hac vita mortali nõ cõstituendo. Nam filii Abrahe. xl. annis peregrini fuerunt: & postmodum terram ꝓmissionis obtinuerunt.

De pegrinatione
Peneo debent esse virtuosi

Quid enim est spiritualiter peregrinari : nisi affectu abdicare quecũq; terrena sũt: & in mẽte celestia desiderare. Vnde Matb. xv. Qui vult uenire post me abneget semetipsũ &c̃. Sup quo Grego. li. vii. sup euãgelia ome. xxii. Tũc inq̃t nos ipsos abnegemus cũ vitamus quod p uetustatem fuimus: & ad hoc nitimur vt p merita renouemur. & ponit exemplum de oleribus que transponunt̃ vt ꝓficiant: & eradicant̃ vt crescant quasi diceret q̃ spiritualiter pegrinandũ est: vt in meritis ꝓficiamus. Tunc enim peregrinamur quãdo in nulla re terrena affectum ponimus. Multi tũ pegrinant̃ q̃ suum onus secum deportant. Nunqd enim experimur q̃ peregrinus oneratus nimis affligit̃. Si enim illi peregrini onerati sũt: qui licet p mundũ discurrant: ad suas tamẽ possessiones habent affectum & quocũq; vadunt secu m desiderium cupiditatis deportant. Ideo Socrates cuidam interroganti :cur sue pergrinaciones sibi non ꝓdessent. Respõdit dicens. Cur inq̃t miraris pegrinaciones tibi non ꝓdesse Licet enĩ hinc inde transferaris: illud tamẽ te opprimit quod te de patria expulit. Quid enĩ ꝓdest terrarum vanitas aut fuga: quid iuuat si cum fugis onus tecum defers quasi diceret q̃ paꝛ ꝓdest pegrinari nisi a mũdanis affectibus mens peregrinetur: nec sufficit pauperem esse: sed nil cupe oportet. Nõ ꝓdest instabiliter p vrbẽ ꝓgredi: sed pondus oportet excutere. Multi enim p mundum discurrunt: aut quia locum non inueniũt in quo suoꝝ viciorum plenitudinem exercere possint aut quia iactanciam de suis itineribus sperant. Nec tamẽ de peregrinacione corporali hoc tantũmodo verũ est sed eciã de spirituali (quia multi peregrinari) scilicet in meritis ꝓficere fingunt dant elimosinas aliisq; largiter munera impendunt: ecclesias visitant : quia tũ laudem vel comodum exinde sperant tẽporalem. Ideo secum onus deferunt: & peregrinacionis cõsumacionẽ

Senes debent esse virtuosi

non attingunt. Talibus loquit̃ Grego. ome. predicta Vidimus inq̃t quosdam habitum nõ animum mutasse Ita vt religiosam uestem sumerent & preterita vicia nõ calcarent: sed pocius remanẽt cũ ire stimulis: cum horrore malicie: & ad ꝓximi lesionem feruescunt atq̃ de boĩs opibꝫ ostẽsis supbire: hui9q̃ mundi luc̃ querere student: & de solo habitu exteriori sanctitatis fiduciam habere curant. Hi igit̃ cum suo onere pergũt: & ideo defacili fatigant̃. Sed illi onus deponũt qui pronitatem ad malum mortificant & euellunt. Quod faciebat Diogenes philosophus de quo dicit̃ in collacionibus patrum ꝙ cum intuens eum: diceret ei iniurias Tunc discipuli Diogenis volebant in eum irruere. Sꝫ Diogenes ꝓhibuit dicens. Quiescite o sodales hic enĩ mihi dixit: quoniam occuli mei pleni corrupcione sũt Reuera talis sũ scilicet corruptus quantum ex natura sed me cõtineo. Ex qua quidem responsione patet qualiter Diogenes ab omni libidine animum spoliabat: & ideo virtutibus & sciencia tanq̃ peregrinus exornatus floruit

Caiptulum. vi. Quomodo senes debent esse virtuosi

Senectus est etas uenerabilis. Ideo senes moribus honestis ornari debent. Vnde Policratus li. iiii. ca. viii. narrat Lucinum dixisse: ꝙ senes tanq̃ medici ĩter homines cõmorari debent nunc cõsilia prebendo: nunc tristes cõsolãdo: nũc dolentibus cõpaciendo. Et Varro in suis sentenciis. Causa irridenda est ĩ sene puerilitas q̃ stuperda ĩ puero moꝝ optimoꝝ constancia. Et Seneca ad Lu. epi. iiii. Hoc inq̃t peius est si habemus auctoritatẽ senum & vicia pueroꝝ. & epi. xiii. Quid turpius q̃ senex uere insipiens: siue viuere insipienter senem. & ep̃. xxvii Numera ãnos tuos & pudebit eadem uelle: que volueras puer. Verũptñ videmus sepius senes viciis inuolutos. Vnde Simachus in suo epistolari. Scio senes ad

Quomodo senes debent esse virtuosi

capescendum labores senes fieri: sed eorꝝ vicia cum tẽpore crescunt. Et Marcialis coquus. Heu mei ãni male cõputantur. Qꝰ senii tempora vicia vidẽt. His itaq; verbis clare patescit turpe esse senes nõ esse morieratos. In quibus licet omnia vicia turpia sint: illa tamen sũt fetidiora in quibꝫ frequencius delabunt̃: cuiusmodi sũt auaricia & luxuria. Vnde Seneca li. de moribꝫ Monstro similis est auaricia senilis. Quid enim stulcius q̃ vita deficiente viaticum augere. Rursus de luxuria senum Tuliꝰ narrat li. primo de offi. Luxuria cum omni etati turpis sit: senibus maxime fedissima est. & Seneca. ii. declamcionũ. Adolescẽs luxiriosus peccat: senex luxuriosus insanit. & tibulius libro p̃mo senibus loquens ait. Quid tibi nunc ꝓdest molles coluisse capillos: & manibꝫ fingere velle comas. & subdit Tollere nũc curua albos stirpãe capillos. Et facie dẽpta pellem cõfidere nouã. Itaq; stultorꝝ quorũdam senũ sollicitudo est reuocari: & iuuenis apparere. Sed teste Oui. li. primo de fastis. Neqcia est que te nõ sinit esse senẽ Quia malicia quosdã senes sic execat ꝙ suam senectutẽ fateri recusant: & plus iuuenibus: saltem affectu libidini vacãt. O vtinã senes delicta relinquerẽt exquo ab eis deseruntur: & si peccatis seruierũt sufficit residuum temporis ꝙ deo exhibeãt: & quod natura respuit ad viciũ odio habeant. Vnde Tul̃ li. primo de senec. O p̃clarũ munꝰ etatis senilis: aufert enĩ vicium carnis: auctoritatẽ prebet. Vnde in senatu senũ sentẽcia principatũ habebat: plurimaq; senectus bonorum stipẽdia prebet: dat enim loquẽdi audaciam: ut refert Valerius libro vi. Nam cum Pascellius iurisperitꝰ multa loqueret̃ ad morum correccõem ab amicis redargutus est. Qui respõdit duo sunt que prebẽt loquendi licenciã scilicꝫ senectus & orbitas. Nam senex considerat ꝙ parum est viuiturus & sic mundi gloriã perdere non timet. Rursus senectus vehemenciam li-

Senes debent esse virtuosi

bidinis tollit. Vnde fulgẽcius libro mitologiaꝝ dicit Igniculus iuuẽtutis algescit in senio. Et si senes hui9 modi algorẽ in seipsis non senciãt. Hoc ideo est: quia in iuuentute libidini vacarũt qua exuere non possunt Ideo Señ ad luci. epistola iiii. Ante senectutẽ inquit curaui ut bene viuerẽ: in illa ut bene moriar. Nempe hi felices sunt quibus collatũ est ĩ bona viuere senectute. Plurimi tamen se putant infelices: eo ꝙ senes sunt & moleste ferũt senectutis anxietates: que tamẽ sũt in remedia peccatoꝝ: sed in crimina ipsa mutãt. Vnde Oracius in poetria. Multa senẽ circũueniunt incomoda: vel quia carere timet rebus: vel quia dolet iuuenũ delectabilib9 vti non posse Vides enim ꝓximam mortem & in spe sceleratissima lãguescis. Nam teste Tu. in libro de senectute. Nemo tã senex est qui se per annum viuere posse non putat. Vnde in prouer. sapiẽtũ dicit Heu quam multa penitenda incurrunt homines diu viuendo. Quãobrem Secundus pl̃us de senectute loquens. Quid est inqt senectus est optatum malum: mors viuenciũ. Incolumis lãguor: mors spirans. Sed dicũt senes ad plura vicia se procliuos. Quod si ita est ideo est: quia intẽporate viuũt & frigidam senectutẽ cibis ĩdigestilibus onerãt: & ex inde natura fastidita in mala plurima ĩcidit. Quamobrem senex sobrietate vitam suam regulare deberet. Vnde Tul̃ libro de senectute: loquens more senum ait. Vtendum est inquit exercitacionibus modicis: & tantum cibi & potus accipiendum est ut vires reficiantur non ut opprimant̃. Nam exercitacio & tẽporãcia eciã in senectute vires conseruant. Sed intemporati senes si fuerint faciliori occasione corpus dissoluunt. Attendant igit̃ senes suũ finem eis appinquaturum: & ob hoc se corrigant: ut docet faciendũ Señ de naturalibus questionibus. Nil enim peccata vitare melius suadet: quam vicinitatis mortis contẽplacio. Quẽadmodum vir crescit in ãnis

Quando senes debent esse virtuosi

Ita debet in virtutibus crescere. Et cum beato Paulo euacuare ea que paruuli sunt: vt scribitur prima Cor. xiii. Vnde Seneca epistola decima. Gracias ago senectuti mee. quia quicquid nolle debeo: hoc velle nõ possum. Senectus igitur non solũ virtutes postulat: ymo eciam ĩ homine quasi in vite radicem virtutum humilitatem generat. Vnde Ambrosius in suo exameron: libro primo de bona senectute loquens ait. Senectus in bonis moribus dulcior: in consiliis vtilior: ad constanciam subeunde mortis paracior. ad reprimendas libidines forcior. Sed moderna senectus ideo seducitur. quia nemo quantumcũq; fractus sit in viribus: decrepiteque senectutis se putat breuiter moriturum. ymo quisq; quantumcũq; senex adhuc putat se per annũ viuiturum: vt inquit Ieronimus in quadam epistola. De tali igitur senectute loquitur Hugo libro secundo de claustro anime dicens. Inter abusiones seculi huius hec sola maior est. senis obstinacio qui morti proximo mortis non abhorret aduentum: qui quasi ad hostium mũdi huius positus foris spectat. nec tamen vite presentis attendit egressum. nec future considerat ingressum. Audit nuncios mortis: et credere non vult eis. Tres enim sunt nuncii mortis. casus. infirmitas. & senectus. Casus dubia nunciat. Infirmitas grauia. Senectus autem certa. Casus nunciat mortem latentem Infirmitas apparentem. Senectus presentem. Ex incertitudine mortis habetur timor. ex grauitate infirmitatis dolor. ex certitudine senectus non obstinacio: sed afflictio & humilitas sequi deberet. Vnde Valerio libro. viii. senes floruisse virtutibo narrat. Nã de quodam recitat qui cum centesimum iam annum attigisset interrogatus fuit. cur tam diu viuere vellet. Qui respõdit. nihil habeo quod senectutem meam accusat Non enim est gloriandum seni de senectute etatis: nisi assit sapiencie et virtutis senectus: prout ait Seneca

epistola. lxxxxv. quia non vt diu viuamus curandum est: sed vt bene viuamus optandum est. Quid tamen sepius contingit experimur viros plures quanto seniores tanto de vita curiosiores. Attendamus enim Cirianum libro de. xii. abusionibus sic dicentem. Quid inquit stolidius fieri potest. quam si senex ad aliam vitam festinare contendat. quando totum corpus ad interitum preparat. dum oculi caligãt: aures surdescũt capilli defluunt: facies pallescunt: dentes in numero minuũtur: cutis arescit: flatus tabescit: pectus suffocatur. Tussis vrget: genua trement: taloscq; pedes tumor inflat. His igitur omnibus agrauatur senex stolidus: si mentalit senex fieri negligat. Et subdit. Quid superest nisi dum vite huius defectus apparent cogitare cõgruit quomodo vite future aditus comprehẽdatur

De sapiencia senum

Capitulum septimum

Viri senes experiencia et intellectu atq; sapiẽcia debent florere. In hoc enim homo deo maximme similis est: quando sapiencia & intellectu fulgescit. Dicit enim auicenna libro naturalium parte quinta. q; intellectus post octuaginta annos roboratur. Et Tulius libro de senectute ca. quarto dicit. q; memoria industria atq; ingenium vigent in senibus. quod est intelligendum de senibus ñ decrepitis. Studiosissime igitur senex querere sapiẽciã debet. Vnde Seneca epistola decima sic dicebat. de seipso loquens Gracias ago senectuti. eo q; sectulo me affixit. Et sequtur. In libellis mihi plurimus sermo est. q. d. q; sũme sibi studium placebat. Vnde tulius libro secũdo de senectute. Arma inquit senectutis sunt artes & sciẽcie et exercitaciones virtutum. quia nihil iocũdius senectute sapata studiis virtutum. Vigent inquit senes cõsilio & auctoritate. Nempe si veritatis amica est sapiencia: senibus autem veritatẽ dicere licet. Senes igit

De sapienciā senum

sapienciam adamare debent. Narrat enim valerius li. vi. ca. ii. Q̃ cum senex quidam interrogaret. quibus liberius cōueniebat veritatem dicere. Ipse autē respōdit. q̃ senibus & pauperibō. Nam senex videns q̃ viuiturus parum sit: veritatē dicere non formidat. Pauper autem similiter non timet. quia non habet q̃d perdat. Dicit enī Seneca epī. lxi. Q̃ nihil aliud sperat senectus nisi ductum ad mortē. Quapropter idē Seneca epī. xiiii. cōcludit. Nihil inquit est turpius quā senex insipiens. quia sc̄z mori minime formidat. nec tamē molesta debet esse senectus. quinimo est etas iocūdissima. Nunquid dulce est cupiditates fatigasse aut reliquisse. Inquit Seneca epī. xii. Numera ergo annos tuos. & pudebit eadem velle quæ volueras. mori ante te vicia. Inquit Se. epī. xxiii. Desine igitē eadem velle senex: quæ voluisti puer. opusq̃ tuū sit malis imponere finem. Inquit Se. epī. xxvi. Quid enī stulcius quā via deficiente augere cibum viaticum. Inquit Seneca libro de moribus. Et subdit. Honestior est inquit qui ad quietem senectutē retulit: quā qui in ocio iuenit & tūc laborare incipiat. Vnde Catho. Fac tibi succurrant iuuenis quæ feceris ipse. Quāobrem Sene. libro v. de naturalibō questionibō circa finem sic inquit. Ex quo igitē non restat senī spes de vita. & impossibilis ē sibi diuturna dilacio mortis. Restat ut studeat bene mori cū sanctis patribus. Et ut bene moriatē: nil vtilius quā si bene viuat. Vnde Ecc̄. xxv. Que in iuuentute tua non cōgregasti: quomodo inuenies in senectute tua quasi diceret nunq̃. Quapropter Deutro. xxxiii. dicitē. Sicut enī dies iuuētutis tue: sic & senectus tua Et Ecc̄. xxv. Quā speciosa inquit veterana sapiencia. Et sequitē coronam senum multa sapiēcia. Tradit enim Seneca epī. lxxix. Q̃ senes non solum docere quinimo & discere debent. Et cōcludit. q̃ nulli etati magis q̃ senectuti discere cōuenit, vbi enī maior corporis egri

De sapiencia senum

tudo. vbicq; nauis magis egra. ibi rector sapiēcior exi
gitur. Senes enī ut dicit libro Saturnalium. fragilio
res atq; ad infirmitates decliuiores sunt ceteris etati
bus. Maiori igit indiget sapiencia regi. Rursus quia
necesse est principem sapientē esse. Sapiencia autē in
senibus maxime est. decet igit principari senes. Vnde
Plato in Thi. dicit. q; non decet rem antiquam a post
genitis regi. Quapropter Ligurgus rex in suis legib
ordinauit iuuenes senioribus famulari debere. vt tra
dit Pompeius. Cuius racio colligi potest ex xxviii. ca
pitulo li. ii. Retho. vbi Aristoteles multiplici laude se
nes cōmendat dicēs. q; in senib est cōtinēcia. quia fri
gidi sūt. nec ex ossibus infestant. Sunt insuper miseri
cordes. quia humanam fragilitatē racione senectutis
maxime experiunt. Faciliter enī misereā. quia molesti
as in proprio corpore gerit. Item in suis eloquiis non
sunt pertinaces. Nam quia seipsos aliosq; deceptos vi
derunt. Ideo sine ambiguitate quicquid dicūt asserūt
Quod faciēdum achademici philosophi crediderunt.
Vt tradit Policratus libro i. ca. iii. Si igit libido reg
na cōsumpsit. Si curiositas Absolonem suspēdit. impi
etasq; Neronem. Si pertinacia cū manicheis arrianos
concussit. Non ergo iuuenem decet principari. Vnde
Propheta. Super senes intellexi quia mādata tua que
sui. Capitulū viii. De iuuenib & eor statu.
Iuuenes talem vitā ducere debent in posterū. qualem
ducere in exordio inceperunt. Ipsis igit maxime expe
dit moribus intendere bonis. & virtutes adipisci. bo
nis vsibus & disciplinis. Vnde Seneca libro de moribo
dicit. Educacio & disciplina mores facit. & id sapit
quisq; quod didicit. Vnde Quintilianus libro primo.
Parentes aliosq; corrigit filios qui suos nō instruerēt
Vtinā inquit liberoq; nostroq; mores non ipsi perdere
mus. Infanciā enī statim deliciis soluimꝰ. mollisq; edu
cacio quam indulgenciam vocamus. mentis pariter et

corporis vires frāgit. Et idem Quintilianus libro ii. Ingenia inquit puerorū nimia seueritate emēdacionis deficiunt. quia sicut ex defectu correctionis neq; fiūt. sic ex nimia seueritate obscurantur et desperant. dum omnia timēt nihil conanť. Modeste igiť erudiendi sūt Nam teste Oui. de arte amandi. In puero est etas mollis & apta regi. Ingenium celeste: suis velocius annis surgit. Et idem in epistolis. Teneros ledunt iuga prima iuuētus. Frenaq; vix patiť: de grege captus equus Sic male vixq; subit prios mores rude pectꝰ. Quia de difficili doctrinā suscipiunt homines rudes & annosi. Ideo cōgruit in etate tenera doceri. Vnde Horacius ī epistolis. Quo semel est imbuta recens seruabit odorē Testa diu tractari mollius etas imbecilla solet. Quibꝰ verbis aperte cōcludiť etatem iuuenilem discipulis aptissimam fore Sed prochdolor Seneca teste ī declamacionibus li. i. Turpent ingenia desidiose iuuētutis. nec labore regulanť: cantādi salutādiq; obscena studia. effeminatos tenent. Capillum frangere & ad muliebres blādicias voces extenuare: mollicie corporis cū feminis certare. & immūdissimis rebus se extollere nostrorum adolescētum mos est. molles enermesq; nati in vicio manent. expugnatores sūt aliene pudicicie negliētes sue Huiusmodi sūt eciā huiꝰ temporis iuuenes frequenter. talibusq; surdidanť. in quibus nullus est pudor sed inuerecūde turpitudines suas faciūt. Veruntamē teste Seneca ad Lu. ep̄. xi. Verecūdia inquit bonum in adolescente signum est. Sed vnde tanta dissolucio iuuenum procedit. Parentū nanq; atq; rectorum suoꝝ exempla turpia impios efficiunt illos. Porro enī difficile est iuuenē immodestū & iniquum esse. si cum bonis & honestis nutriať viris. Vnde Tul. li. ii. de officiis. Prima inquit adolescētis cōmendacio proficiscitur a modestia & disciplina parentum suoꝝ. & de facili in bonum deflectiť. si cum bonis & honestis assidue

De sapiencia senum

fuerit. Verum ꝙ ipsi adolescentes bonos viros ut com
muniter fugiũt quia redargui recusant. sed eos qui re
gere habent verberibus aut minis domare ipsos tenẽ
tur. dum tamen modus in omnibus teneat̃. Vnde Vir
gilius in Ceor. li. iii. Hortari nanq; insiste domãdi nõ
cesses. dũ faciles animi iuuenũ dum mobilis etas Tũc
enim maxime sũt dociles quando sũt tenerrime etatis
sed libido & lasciuia ipsos infestat. & quã debent deo
exhibere iuuẽtutem veneri ĩ suam perdicionẽ offerũt
Iuxta illud Ouidii ii. de fastis. Cum iuuenilibus an-
nis luxuriant̃. Et idem li. i. sine titulo Militat omnis
amans et habet sua castra cupido. Que bello est humi
lis veneri q̃ cõuenit etas. Et Claudianus ĩ minori. Te
neris est lubrica moribus etas. O vtinam iuuenes ad-
uerterent suam perdicionẽ luxuriam fore. qua totus
homo destituit̃. Et si libidini quis iuuenis hereat: tur
pi vita: pollutaq; infamis fiet. Sed reuera teste Sene-
ca in troiade. Iuuenile vicium est regere non posse im
petum. Hoc enĩ idem vicium iuuenile. quia carnis im
petibus vt plurimũ solẽt iuuenes obtemperare. Si enĩ
iuuenis es: si anxiaris carnis molestia. aut mores si ig-
noras cõsilia prudentum querere quibus cõuersare vt
dirigas. Vnde Sidonius in libro epistolari iii. Pluri-
mum inquit laudis est si iuuenes moribus se applicant
& quociẽs de negocioꝝ meritis ambigunt: ad peritoꝝ
consilia recurrunt. Hoc tamẽ facere negligunt. sed in
spe vite diuturne desides fiunt. & sue pulcritudinis
occasionem abusus quã plurimos peragunt. Sciant ta
men ꝙ eoꝝ pulcritudo vanitas est. Vnde Secũdus phi
losophus. Quid est pulcritudo: flos marcidus: carnalis
felicitas: humana cõcupiscẽcia. Et Seneca in ippolito
Res est forma fugax. Et ad Lu. ep̃. xviii. Cogito in-
quit mecum: quã imbecilles sũt hii quoꝝ lacertos hu-
merosq; miramur. Et Petronius. Raram facit mixtu
ram cũ sapiencia forma. quia scꝫ pulcritudo nihil facit

ad sapienciam. Igitur fertur Aristotilem dixisse, q̃ lin-
ceis oculis homines vterentur: ut melius viderent: & cõ
pus penetrarent. Tũc circũspectis visceribo: eciã pul-
cerrimum corpus turpissimum videret. Ideo Boecius
tercio de con. Te inqt pulcr̃ videri nõ tua natura sed
spectãcium oculor̃ facit infirmitas. Cur igitur iuuenes
in sua pulcritudine gloriantur: cur inde supbi fiunt: qui
non ipsi pulcri: sed eor̃ pellis forsan venusta est. Vnde
Oui. xii. metha. Forma bonum fragile quandocũmq;
accedit ad ãnos: fit minor specie & carpit ipsa suo nec
viole semp nec lilia candida florent. Et idem Ouidi9
iii. tristium. Ista decens facies longis viciabit annis.
Rugaq; in antiqua fronte senilis erit. Cunq; aliqs di-
cet hic fuit formosus dolebis. Et speculum mẽdax for
mabis esse tuum. Vnde Scalpharius in bucolicis. Nõ
hic semp eris perdũt & gramina flores. Perdit spina
rosas nec semp lilia candent. Donum forma breuis est
Quibus attẽtis de sua pulcritudine supbire sapiẽs nõ
habet: nec iuuenes ĩ suo decore aut vigore gloriari de
bent: & in vite diuturnitate sperare non debent. Vn-
de Tuli li. de senectute. Frustra igit sperat adolescẽs
vel ꝓmittit se diu victur̃. Quid enim est stulcius q̃ in
certa ꝓ certis habere. Facilius enim in morbos adole
scẽtes incidunt: grauius egrotant tristius curant: & ĩ
hoc melioris condicionis est senex: quia q̃d sperat ado
lescens senexiã consecutus est. Ille enim vult diu viue
re: & ille diu vixit. Absit ergo vt quis iuuenũ gloriet
in his muneribus que caduca sũt: sed viuãt cum timo-
re dei: prudentes imitet: parẽtibus obediat: & in mo
ribus viuere assuescat: in quibo perseuerare honestũ ẽ
Nam iuuenes cum senuerint eam volũt ducere vitam
quam in iuuentute ducere consueuerunt. Ipsis igit cõ
gruit a primeua etate: eos mores quos in post̃ tene
re ipsos libeat. Vnde Eccle. xi. Letare iuuenis in ado-
lescencia tua: & in bonis sit cor tuũ in diebus iuuentu

tis tue. Nam in his delectari est nobis naturale in qui bus ĩ infancia delectari incepimꝰ vt patet quĩto etbi Ideo Eccle. xxv. dicit̃ Iuuentute tua inqt non congre gasti quasi dicat ꝙ non inuenies. Ideo sapiens puer. v dicit. Ne des inqt alienis honorem tuum: & annos tu os crudeli: ne forte impleant̃ extranei viribus tuis cꝰ contrarium plurimi faciunt iuuenes qui suis tantũ do minis temporalibus famulari student: & ppriam dese runt salutem: & suis obsequiis dominos impugnãt su amq; animam damnãt. Iuuenes igit̃ mores acqrẽt qui bus insistere in senectute desiderãt: qui eciam sani sũt bene operant̃ ad diem extremã differãt. Vnde Cire in suo pastorali li. ii. ca xiii. Amonẽdi sũt inqt incolomes vt saltem corpus exerceant ad salutem mentis. ne ac cepte incolumitatis graciam ad abusũ inclinent: ne eci am deteriores fiant: aut ne oportunitatem salutis pro merẽdi despiciant. Nẽpe si peccatis nulla debet̃ pena aduc plurima vicia ppter corporis sanitatẽ sũt vitan da. Vnde Seneca epistola. xcix. Multos inqt morbos multa fercula ferũt. Et medicina quõdam paucaq; hẽ baꝫ sciẽcia fuit: sed postmodum mille inuẽte sũt cõdi ture vt auditas castermargie exercitari posset. Nã de sideratibus alimẽta egritudines cõtingunt: nũc pallõ nunc neruorum vino madencium tremor: nũc oculorũ nũc auriũ enormitas: & innumerabilium fetoꝫ onera crapula gignit: quoniam ppter crapulam multi obie runt: & qui abstinẽs est adiciet vitam

~~Capitulum. ix. quomodo debent viuere coniuges in amicicia~~

Apostolus dicit Ephe. v. Viri diligite vxores uestras sicut cristus ecclesiam. Nẽpe veteres in coniugio eciam vsq; ad mortem se amaue runt. Vnde narrat Vale. li. iiii. ca. v. ꝙ Gra chus Corneliam vxorem suam intãtum dilexit ꝙ pro ipsa a morte liberanda mori voluit: atq; seipsũ ĩteritu

cōiuges debent viue ī amicicia

serpentis occidi precepit: qa sibi aruspex seu diuinatō dixerat suam vxorem a morte aliter liberari nō posse Idem narrat ibidem ꝙ Culpacius audita morte vxoris gladio pectus suū percussit. Narrat eciam ibidem ꝙ Emplacius vxorem suam tantum dilexit: que cū decessit postulauit vt sibi iūgeret̄: atq; pariter cum ipsa cremaret̄. Ecce quanta viroꝝ dilectio. Sed nunqd femine viros sic amauerunt. Narrat enim ibidem Vale vt cum Iulia filia cesaris vidisset vestē sui cōiugis scilicet Pompey magni conspersam cruore: ipsa territa metu: ne sibi facta violencia fuisset: partum quem in vtero habebat pre nimio dolore emittere coacta fuit. Narrat enim ibidem Valerius ꝙ Porcia filia Cathonis cū vidisset viꝝ suū scꝫ Brucū interemptum: ferrū postulabat vt seipsam interficeret. & quia ei non dabatur ideo carbones ardentes ore haurire non dimisit & nouo genere mortis consūpta est. Ibidem eciam de vxore Methidraci regis legit̄ que viꝝ suum intātum dilexit ꝙ seipsam in habitum virilem trāsformauit tōsisq; capillis suum decorem ex toto aspreuit vt sui coniugis periculis interesse posset. Vnde cum Methidracus a Pompeio fuisset deuict9 ipseq; fugeret ei9 vxō semꝑ insecuta fuit: suiq; viri persecucionem alleuians per oīa consolata fuit. Si igit̄ gētiles in coniugio tātā amiciciam seruauerūt. Nnnqd igit̄ fidelibus est oportunū vt ī eis amicicia reperiat̄ Nā ꝓsperitatis aīcicia mater est. Fedus enim coniugii ab amore inchoat̄: et amore manu tenet̄. non quidem amore voluptatis sed gratifice societatis: sub spe obtinēde prolis. Vnde hugo li. i. parte secūda de sacramētis ca. vii. inqt. Bonū coniugii est ut spes prolis deuote expectet̄: amāter suscipiatur religiose nutriat̄. Et ibidem ca iii. Institucio inqt cōiugii ante peccatum fuit ad officium vt natura multiplicaret̄ sed post peccatum est ad officium & ad remedium. Ad officium vt proles habeat̄: & ad re

quō coniuges debēt viuere ī Amicicia

medium vt vicium euitet. Merito ergo Apo. prima Corinth. vii. dicebat. Qui habent vxores sint tanquā non habētes: quia scilicet nō libido sed proles queren da est. Vnde Ibero. contra Iouinianum. Vir ideo debz amare vxorē vt non ferat ad uoluptatis impetū quia nihil fetidius est q̄ vxorem diligere sicut adulteram. et narrat ibidem de quodam qui vxorē suam tantum diligebat ꝙ eius presencia carere non poterat. & ideo dicit Ibero. Origo amoris honesta sed magnitudo de formis quasi diceret ꝙ coniugium honestū est: sed tal amor vilis est Cōmemoremus enim veterꝝ castitatem Narrat enim Vegecius li. ii. de continencia Alexādri ꝙ cum fuisset ei tradita virgo pulcerrima: cuidam ta men principi desponsata illam nō aspexit: sed cum do nis ad virꝝ suum remisit: & exinde omnes principes si bi recōciliauit. Similiter eciam narrat Valeri. de Sci li. iiii Insup eciam de Zenocrate philosopho qui cum esset apud athenienses cuidam puelle pulcerrime no bilium vsui deputata. Quidā nobiles promiserūt pre cium argenti dare si posset corrumpere continenciam Zenocratis. At illa promisit: & si non posset precium duplicatum restituere consensit. Nocte igit ad Zeno cratem accessit quem mutare non potuit. Mane igit nobilibus petentibus precium respondit nō de statua pignus posui: sed de homine quasi diceret ꝙ Zenocra tes sue racōne immobilitatis erat quasi statua erea

Capitulum. x. de fidelitate coniugum

Teste Hugone de sacramentis li. primo par te secunda ca. vii. Quilibz eorꝝ scilicet coniu gum debet tenere fidem alteri. Vir enī nō habet potestatem sui corporis: sed & mulier et econtra vt eciam habet prima Corinth. vii. Vnde Ambro in suo exameron. Nolite viri querere alienum thorꝝ. Nolite insidiari aliene copule quia graue ē adul teriū. Nam deus Euam fecit de costa Ade atq; iussit

De fidelitate coniugum

ambos esse in corpore vno & ĩ spiritu vno viuere. Cur igiẽ vnum corpus seperas: cur vnum spiritum diuidis Adulterium siqdem nature vicium est. Nam bos & equus suos cõpares diligunt. Tradit enim Alexander li de naturis rerꝝ q̃ ciconia abhorret adulterium. Vnde cum femella alteri ciconie coniũcta fuerit: tũc suꝰ cõpar conuocatis multis ciconiis: ciconiam adulteram interemit. Et narrat exemplum quomodo miles quidam ciconiam adulterantem viderat: sed ad suum cõparem rediens se lauabat. miles tamen impediuit ne post adulterium se lauare posset. Itaq; multis aduenientibus ciconiis: ipso videẽte ciconia adultera ĩterempta fuit. Ecce igiẽ patet q̃ natura fidelitatem cõiugii postulat. Nẽpe quondã inter cõiuges maxima fidelitas viguit. Narrat enim Vale. li. vi. ca. vii. q̃ cum Vulpicia a matre sua diligentissime custodireẽ: ne virꝝ suum in cicilia captũ insequereẽ. Ipsa tamẽ mutata veste cũ duabus ancillis & totidem seruis clãdestine fugiens: ad virꝝ suũ peruenit: nec recusauit se p viro suo captiuam facere: vt cõiugii fidelitatẽ obseruaret. Narrat insup ibidem q̃ virꝝ suum non obstãte periculo mortis in sinu atq; cubiculo custodit. Si tamen comptus fuisset ambo fuissent pariter necati. Item narrat Solinus libro. x. ca. vi. ac eciã Tu. li. ii. de tusques. q̃ in india licet plures mulieres habeant vnum virꝝ est tãta fidelitas ipsarꝝ ad virꝝ q̃ viro mortuo: corã iudicibus accedunt atq; cõtendunt que ipsarꝝ cum viro sepilieẽ. Illaq; feliciorem se putat que cum viro sepeliri meretur. Alie vero cum nota infamie viuũt: & pre tristicia frequenter moriunẽ seu discedunt. Si igiẽ plures femie vni viro sũt tam fideles: nunqd igiẽ peramplius in religiõe cristiana vna debet viro esse fidelis & cõuerso

Capitulum. xi. quomodo coniugia legittime sunt contrahenda

Coniugia legittime sunt contrahenda

QVoniam vt ait magister sentēciaꝝ li.iiii: dis xxvii. Matrimonium est legittima coniūctio maris & femine vnionem cristi & ecclesie re presentans: quia scilicet in cristo omnia ma trimonia firmari debent. Vnde Vale li.iiii.ca. primo narrat quomodo Themistides quendam viꝝ filiā vni cam habētem consulebat qualiter eam despōsare debe ret: scilicet vtrum pauperi aut locupleti aut virtuoso vnde dicebat. Malo inqt viꝝ peccunia: q̄ peccuniā vi ro indigentem: quasi diceret ꝙ preferende sūt virtu tes diuiciis. Sed nūc matrimonia sūt fere omnia cor rupta & per auariciam peruertunt̄. Et ideo posuit le gem Ligurgus rex: ꝙ virgines sine dote despōsarent̄ sicut narrat Pompeyus li.iii. Quedam eciam matri monia ꝑ concupiscēciam cōtaminant̄ Cui9 oppositum docet Ysaac qui vxorem incognitam de remotis par tibus adductam accepit. vt patet Gene.xxv. Sic enī non ꝑ concupiscēciam vxor sumēda est vt honorabile sit coniugium & thorus immaculatus Heb.xii. Sed aliqui fornicacionibus & adulteriis vacantes: matri monia disuadent. Contra quos dicit Augu.v. de ciui dei ca.i. Q7 matrimonium fit inter homines ut hone sta inter eos cōcordia habeat̄. Vnde idem Augu. dicit in quadam omelia ꝙ deus nupciis interfuit presciens hereticos futuros matrimonia ꝓhibētes. Sed quid di cemus ꝙ multi sapientes vxorem ducere disuaserunt. Vnde Vale. vbi sup̄ narrat qualiter Socrates cuidam adolescētulo querēti vtꝝ vxorem ducere deberet. Re spondit quodcūq; feceris noueris te penitēciam actuꝝ Nam cōtinere carni penosū est: & vxorem habere sol licitudo est perpetua. Item Theofrastus li.de nupciis matrimonium disuadet. Vnde querit an sapiēs vxorē ducere debeat: & cōcludit ꝙ nō. Quia impedit studia philosophie: & sūptus exigit: variaq; onera & si i edo mum regēdam conmiseris seruus eris. Si autem tuo

Coniugia legittime sunt contrahenda

arbitrio aliqd seruaberis: fidem sibi habere nõ putabit & sic iurgia querit: & venena diffundet. Et subdit. Si inqt pulcra cito adamatur: & difficile custodit̃ Si autẽ feda molestum est possidere quod nemo dignatur habere. Ex quibus omnibus matrimoniũ disuadet dicẽs. ꝙ multe sũt molestie nupciaꝝ. Ceteꝝ Ihero contra Ioninianũ quomodo Cicero rogatus fuit ab Ircio vt sororem suam uxorẽ duceret. Ille autẽ respõdit se nõ posse uxori & philosophie operam dare. His aut̃ non obstãtibus matrimonia sũt licite contrahenda: licet castitas sit prehonoranda. Et licet viris studiosis et ecclesiasticis matrimonia non cõpetant ꝓut predicte narraciones concludũt: nihilominꝰ aliis secularitẽr viuẽtibus licite matrimonia cõpetũt. Vnde. i. Corin vii Virgo cogitat que dei sũt: que autẽ nupta est cogitat que sũt mũdi. Aduertẽdum tamẽ ꝙ inducendo vxorẽ & manu tenẽdo multa exigit̃ paciẽcia atq; cautela. Narrat enim Ihero. vbi sup̃ ꝙ duas quidam uxores habebat que propter ipsũ litigabant. Sed cũ turpissimus homo esset: ipsas deridebat: eo ꝙ propter ipsũ disceptabant. Accidit tamẽ ut simul contra ipsum vnirent̃ atq; iurgiis infestarent. Cũq; autem resisteret aquam immundam sup ipsũ proiecerunt: qui terso capite respondit sciebã vt post hec tonitrua futura erat pluuia. Itaq; ꝑ pacienciam vxores superauit. Nẽpe in vxoribus plures sũt importunitates: quaꝓpter prudẽcia magna exigit̃. Vnde narrat Ihe. vbi supra ꝙ Marcus Catho licet vxorem humili loco natam accepisset. Ipsa tamẽ vinolẽta importuna & supba erat. & cõcludit. Non putet igit̃ aliqs si pauperem duxerit sibi de concordia satis ꝓuidisse. Insup ibidem narrat qualitẽ Philippus rex macedonũ vxorem habuit: quæ ipsũ in cubiculum introeũtem exclusit: qui exclusus ĩiuriam tollerauit atq; versu tragetico seipsũ cõsolari studuit. Item Gorgias libꝝ de cõcordia edidit: quẽ grecis liti

Coniugia legittime sunt contrahenda

gãtibus recitauit. Cũq; recitaret quidam ei9 inimic9 dictus, Mellancius respõdit. Tu inqt vnius regni cõcordiam precipis: & in domo tua tres personas concõdare non vales: quia vxor eius ei quia castus erat iniuriabat̃ & ancille que pulcrior erat inimicabat̃. Exĩde forsan exorta est cõsuetudo ꝙ scilicet ꝑ quiete habẽda vxores nolunt ancillas pulcriores eis tenere. Ex his igit̃ narracionibus cõcludit Ibe. ꝙ importunitates maxime sũt matrimonii. Vnde ibidem recitat ꝙ licet Epicurus voluptatis amator esset: cuidam tamẽ intẽrogãti an liceret vxorem ducere. Respõdit ꝙ sapiẽti non congruunt cõiugia: quia multa incomoda mixta sũt in nupciis. & subdit. Graue inqt viro sapienti venit in dubium vtrum malam vel bonam ductur9 esset vxorem. Quia sicut scribit Hordocus. mulier cum ueste deponit verecũdiã. Vnde Ibero. ibidẽ narrat quo modo Mellancius vxorem (licet castam) repudiauit & cum argueret̃ ab amicis pedem a lecto tanq; les9 esset deposuit dicens. Lect9 inq; quem cernis nouus & elegãs est. sed nemo scit preter me quãtum premit q̃ si diceret sic est de vxore. Licet igit̃ cõmendãda sint legittima cõiugia nihilominus caute sũt cõtrahẽda

Capitulum. xii. de parẽtibꝫ erga filios & ecõtra

Sicut dicit̃ viii. ethi. pater filio est causa essendi & causa nutriẽdi & causa discipline. Vnde Ecc̃. vii. Filii tibi sũt erudi illos. & ꝓuer xxiii. Noli subtrahere disciplinam a puero. Ideo Apo. heb̃. xii. Quis inqt filius quem non corrigit pater. Nẽpe ueteres filios suos erudiebãt. Vnde Policratus li. vi. ca. iiii. narrat qualiter Octauianus imperator filios suos ad gradum militarem & cursũ: et saltum fecit exercitari: suasq; filias in lanificio fecit instrui: ut si fortuna filios suos suppeditaret saltẽ suis laboribus viuere possent. Insup Tu. li. i. de tus. ques. narrat qualiter Ligur. iuuenes suis laboribꝫ erudiuit

De parentibus erga pueros 2 eq^a

venãdo currendo esuriendo siciendo algendo estuãdo Nam qui bene instruunt̃ in teneritate :quãdo ꝑfecti sũt defacili ad bona inclinant̃. vt ponit Sene. li. i. de ꝓuidẽcia dat exẽpla dicẽs qualiter nãtis corpora ĩ mari dura sũt. Similiter agricole habẽt manus duras & milites habẽt agilia mẽbra & huiusmodi :que omĩa cõtingũt vsu & exercicõ acqrunt̃ :& si signãter iuuenes imbuant̃. Ideo dicebat Apo Ephe. vi. Educate illos: scilicet filios ĩ disciplina & correctione domini. Nunquid Brucus filios proprios fecit cedi : eo ꝙ Tarqno dominacionem restituere pretẽdebant. ut narrat Va. li. v. ca. viii. Nunqd Cassius & Marcilius torquatus aliiq; plures filios correxerunt. Cur igit̃ patres filiorum crimina supportãt. Narrat enim Augu. v. de ci. dei. ca. viii. qualiter Aulus filium suũ mortis supplicio cõdemnauit eo ꝙ cum Cathelina inimico suo amiciciam contraxit. Hoꝝ tamẽ feritas nõ est approbanda :quia licet filios corripere exterminare tamẽ sepiꝰ non licet nec libet :quia tũc paternalis disciplina prodest quãdo clemẽcia adest. Vnde Va. li. iiii. narrat de quodam cui filius suus insidiabatur :qui cum ꝑcepissꝫ filium suum in desertum adduxit ibiq; gladium tradidit ad caput amputãdum :& cum filius vidisset gladium abiecit dicens. Mi pater queso mee indulgeas iuuentuti. Ecce qualiter patris dulcedo filium conuertit. Insup eodem li. ca. vii. narrat qualiter Antiochus filius Seleuci regis incidit in amorem grauissimum sue nouerce: in tantum ꝙ proximus morti erat. Cũq; igit̃ medici percepissent causam morbi patri retulerũt quod audiẽs pater propriam cõiugem filio cõcessit dicens. In filio magnũ pudorem fuisse: eo ꝙ vsq; ad mortem amorem dissimilauit. Seueritas igit̃ parentũ erga filios quandoq; bona non est :sed correctio cum clemencia semꝑ vtilis est. Nunc tamen parẽtes filios corrigere pretermittunt. & ideo quando sperant ex eoꝝ

de parentibus erga pueros et cetera

operibus letari tunc desolanť. Attẽdant enim quali-
ter Helii a deo punitus fuit eo ꝙ filios suos corrigere
pretermiserat. Vnde dicit̃. i. Re. iii. Vnde Grego. in
dialogo li. iiii. ca. xiiii. narrat de puero qui consueue
rat deum blasphemare patre ꝑmittente. & ideo in si
nu patris est percussus & interẽptus. Insup Boe. li d̃
dis. sco narrat de filio Lucrecii qui fuit absq; discipli
na nutritus. Vnde in aleis & meretriceis operibus to
tam vitam suam occupauit. & a patre de morte sepi9
redẽptus fuit. uihilominus tamẽ tandem morte con-
demnatus est. nec a patre ꝓpter penuriam redemi po
terat. Cum lacrimis igit̃ a patre osculum peciit & cũ
pater accessisset: nasũ illi9 morsu acutissimo secuit di
cens. Quare meis erroribus non obfuisti sed incastiga
tus euasi: magistri mei documentis non obediui quasi
diceret quare me non castigasti. Vnde Tu. li. i. de off
ca. xxvii. dicit ꝙ optima hereditas a patribus tradit̃
quãdo virtutum & bonoꝝ operꝝ exẽplum exhibetur.
Sicut igit̃ aquila valde diligit filios suos & ĩ locis al-
tissimis facit ipsis nidum: ne coluber violet fetũ: aut
veneno nequeat nocere. Sic pater filios suos a consor
cio peccatoꝝ debet seperare: ne ipsoꝝ exemplo polluã
tur. Hoc enim exẽplum tãgit Ibero. sup Isa. ca. vltio.
Sicut enim in nidis aquilarũ reperit̃ lapis preciosus
qui dicit̃ herices vt ponit Solinus li. viii. ca. vi. Sic ĩ
vita filioꝝ virtutes reperiunt̃: dũmodo nidus eorũ ab
istis inferioribus seperat̃. Tunc enim nidus seperatur
quãdo in iuuẽtute mala turpiaq; consorcia vitare fili9
docetur

Capitulum. xiii. de filiis erga parentes

Exodi. xx. dicitur. Honora patrem tuũ & ma
trem tuam quod est mãdatum primum in ꝓ
missione ut bene fiat tibi. Vnde Apo. Ephe
vi. Filii obedite parẽtibꝫ vestris. Quia teste
Boe. li. de cõso. Si mẽti humane inserta est boni ueri

De filijs erga parentes

q̃ cupiditas: tãtomagis insertum est suos parẽtes filiis honorare: quia scilicet filii debẽt honorare parẽtes Narrat enim Va. li. vi. ca. iiii. de quadã filia que matrem suam in carcere nutriuit lacte mamillaꝝ suarum Narrat eciã de alia que patrem suũ in custodia traditum atq; in vltima senectute cõstitutũ tanq; infãtem: alimonia sui pectoris nutriuit. Insup Solinus li. i. circa finem narrat de filia que inuẽta est nutriẽs ab vberibus patrem suũ. & in memoriam tãti preconii locꝰ ille cõsecratus est. Posco igit̃ cum Sene. li. iii. de bñfi. ut filii parẽtes honorãt. Inqramus tũ an liberi dare possunt maiora beneficia parẽtibus q̃ acceperint. Et videt̃ q̃ non. quia teste Aresto. magistris & parentibus non potest reddi cõdignum. Hoc eciam concludit Seneca vbi sup̃. narrat exẽplum de Sci. qui patrẽ suũ in prelio seruauit. Et ca. xxiiii. ponit exemplũ de enea qui patrem suũ seuissimum p medium inimicoꝝ atq; igniũ detulit. Narrat eciã de quibusdã iuuenibꝰ qui p vrbes vagauerũt ad liberandũ parẽtes Merito igit̃ Ecc̃. iii. dicit̃. Qui honorat patrem suũ vita viuꝰ lõgiori. Et ibidem qui honoret patrem suũ & matrẽ suã iocũdabit̃ in filiis: & in die oraciõis sue exaudiet̃. Narrat̃ enim in historia Baalam & Iosaphat q̃ quidã paterfamilias de vxore sua adultera: tres filios habere videbat̃: sueq; uxori imꝑperabat adulteriũ dicens. q̃ illoꝝ trium vnus tantũmodo suꝰ erat: sed quis erat declarare nolebat. Cũq; igit̃ mortuus fuisset filiũ suũ legittimum successorum bonorũ suoꝝ dimisit ipsum tamẽ non nominauit. Ad iudicium igit̃ vocati sũt: ut videret̃ quis ille esset. Iudex igit̃ ꝑtulit sentẽciam ut qui forcius percuteret ĩ corpus patris mortui, cum sagitta: ille obtineret hereditatem. Duo igit̃ illoꝝ sagitta mediãte corpus valide penetrauerũt: sed accedens tercius ꝑcutere nolebat: sed cũ lacrimis corpus patris veneratus fuit: & ideo uerus filius declaratus ẽ. Vn

De filijs erga parentes

de Va. li. v. ca. iiii. Inqt pueros diligere parẽtes prima lex nature est. Vnde Petrus rauenias, Tolle inqt a sole radium & non lucet: riuũ a fõte & arescit. Ramum de arbore & desiccat: mẽbrum a corpore & putrescit. Sic sepera filium a deuocõe paterna & iã non est filius sed collega illoꝝ de quibus dicit. Vos ex patre dyabolo estis. Nũqd Ambro. in exameron narrat qualiter ciconia parẽtes suos nudatos tegit: illos fouꝛ et aliměto pascit: & ĩ uolatu subleuat Et cõcludit Ambro. Nõ est inqt graue q̃ pietate plenũ ẽ: nec ẽ onerosum quod soluit nature debito. Ideo non recusant aues patrem pascere & tamẽ eas lex scripta nõ stringit nec hoc accipiunt ex precepto: sed gracia naturalis officii. Hec Ambro. Vnde Augu. xxii. de ci. dei. ca. ix. narrat qualiter filii a matre maledicti mẽbroꝝ tremorẽ incurrunt: & in ecclesia sancti stephani sepulti erãt. & cõcludit q̃ timẽda est parentum maledictio. Conmorãdum est enim qualiter saluator noster parẽtibus obediuit. Iuxta illud Luce. ii. Erat autẽ subditus illꝭ O q̃ mirabile q̃ deus subditus est hominibus: qui tũ dominat angelis: sed nõ miꝛ quia testãte Apo. Phil. ii. Humiliauit seipsũ factus obediẽs usq̃ ad mortem. Attẽdamus ergo qualiter Rechabiti a domino laudati fuerũt: quia patri suo obediuerũt scilicet ipsi Ionadab filio Rechab a quo Rechabite dicte sũt. Vnde Iere. xxxv. Nunqd nõ accepistis disciplinã: nec obeditis verbis meis. Preualuerũt sermones Ionadab filii Rachab qui precepit filiis suis vt nõ biberẽt vinũ: & nõ bibunt usq̃ indiem hãc: quia obediuerũt precepto patris sui Ego autẽ locutus sũ ad vos & nõ obedistis mihi dicit dominus. Filii igit parẽtibus obediant

Capitulum. xiiii. de obedĩẽcia filioꝝ erga parentes

PArentibus post deum maxime obedire debemus. Quia Exo. xx. dicit. Honora patrẽ et matrem &c. Et Eccle. iii. Qui honorat

de obedientia filiorum erga parentes

patrem suũ vita viuet lõgiori. Et Apo. Ephesios. vi
Filii obedite parẽtibus uestris. Idem habet Colloseñ.
iii. Nẽpe desiderãda est est patris benedictio: & timẽ
da est matris maledictio. Vnde Augu. xi. de ci. dei.
ca. ix. q̃ fuerũt x. fratres. vii. masculi & tres femelle
et propter maledictionem matris puniti fuerunt tre
more horribili. Quoꝝ ſcꝫ vnus fratrũ & vna sororum
sanati fuerũt in ecclesia sancti stephani Metẽsis. Ti
menda est igit̃ parẽtum maledictio. Nam teste Va. li
v. ca. iiii. Prima lex nature est parẽtes diligere. Vnd
narrat ibidem qualiter filia quedam matrem in carce
re ꝓ capitali crimine condẽnatam suo lacte nutriuit.
Nam custos filiam ad matrem ire pmisit: nõ tñ aduer
tebat illam nutricionem. Qua visa custos iudicibus re
tulit: qui audiẽtes tãtam filie pietatem matri penam
remiserũt. Insup idem narrat de quadã filia que pa
patrem suum i vltima senectute cõstitutum suo lacte
nutriuit. Idem eciã narrat Solinus li. i. q̃ in memoriã
tãte pietatis locus ille cõsecratus est. Vnde Va. vbi su
pra narrat de filio Cresi. qui cum mut9 erat & un9 d̃
numero persaꝝ: patrem suũ interficere uellet lugebat
eo q̃ dicere nõ poterat q̃ rex erat pater su9 ne ipsũ in
terficerẽt. Accidit igit̃ q̃ qui mutus erat racõne sue
pietatis quã erga patrẽ habuerat loq̃ mereret. O igit̃
inq̃t Va. optima reꝝ ẽ natura q̃ pietatis ẽ dña & ma
gistra. Vnde ibidẽ narrat ꝗliter populi Citaꝝ contra
Dariũ pugnabãt: sed cũ uenissent ad loca monumẽto
rũ suoꝝ parentũ statim suã feritatẽ atq̃ crudelitatem
pdiderũt: & redeũtes cessaruerũt pugnare. Insup nã
rat de Coroliano qui exulat9 a romanis ad Volstos ro
manoꝝ inimicos iuit: quoꝝ imperiũ acq̃siuit: & roma
nis infestissimus fuit cũ quibꝫ federari nullis precibꝫ
voluit. Quod videẽs ei9 mater que rome manebat ac
cessit cũ filius quã supplicantẽ exaudiuit atq̃ castra q
possidebat matri petẽti exhibuit dicens. Expugnasti

de verecundia mulierum

inqt irã meã & patriã precibꝫ liberasti. Vnde cõtinuo romanos infestare pretermisit. Ex his narracionibus patꝫ q̃liter filii parẽtes tueri tenenẽ. Ad quod ꝓpositum Se. li. iii. de benefi. ca. xvi. querit an liberi suis parẽtibꝫ ad cõdignũ q̃ susceperint beneficia reddere possint. Et declarãs hãc q̃stionẽ videẽ cõcludere: q̃ parẽtibꝫ ad cõdignũ reddere nequaq̃ possibile ẽ. Vã posuit exẽplũ de Sci. q. p patre saluãdo in prelio mortis periculoso se exposuit. Ibidẽ eciã narrat de Enea q ut patrẽ suũ senẽ liberaret p mediũ inimicorꝫ ipsũ detulit atq̃ p grãdes ignes trãsire ñ formidauit Etenĩ natura vnũquenq̃ obligat: vt parẽtes tueaẽ. Nã ut poĩt Ambro in examerõ ome. ii. Ciconie buiꝰ sũt nature: q̃ parẽtes nudatos suis pẽnis tegũt ciboq̃ fouẽt & plumaꝝ suaꝝ uolatu subleuãt & deferũt. & ibidẽ cõcludit. Non est inqt oneros ũ quod soluiẽ nature debito

Capitulum. xv. de verecũdia mulierum

Dominus in muliere posuit verecũdiã naturale: ut ipsa ad peccatũ ꝓuocare formidet vi roq̃ ut famulẽ cõdita ẽ: nõ quidẽ ut sibi ĩ si dieẽ ipse tñ sui stat9 neglecto more fictis blãdimẽtis adulacionibus & nutibus viroꝝ excidiũ ꝓcurant & scãdalũ ignominiosum iugiter gignere sollicitanẽ. Vnde Ibero. eꝑ. c. viii. Ille inqt oculos cristiãos scãdalisant que spurcissimo vngẽto faciẽ vngũt oculos q̃ depingunt q̃ꝝ facies nimio cãdore deformes fiunt & tanq̃ ydola inueniunẽ. Ipsas enĩ nec ãnoꝝ numerus nec alia uenustas docere potest q̃ uetule sint: & capillos cũ pdiderint alienis capillis uerticem ornãt: & preteritã iuẽtutẽ in rugis ãnilibꝫ polluũt Erubescat igitur mulier cristiana si naturã cogat ĩ decorẽ: si carnis curã facit in cõcupiscẽciis. O ignis iuuenũ fomẽta libidinũ ĩpudiceq̃ mẽtis excidiũ ẽ ornatus iste: nec est cristi sed anticristi ut inqt idem eꝑ. xlix. Vnde Am. in suo examerõ ome. vltima. Noli delere bonã picturã

De verecundia mulierum

dei & assumere picturã meretricis Illa pictura vicii ẽ
nõ decoris: fraudis nõ simplicitatis. Fallit enĩ & deci-
pit ut neq; illi placeas cui placere desideras: tuoq; di-
splices actori: dũ videt opus suũ deletũ. Nã artifex ĩ
dignat̃ si opus suũ deleat̃. Graue igit̃ crimẽ est: utpu-
tes q; meli9 depinget homo q̃ de9. Vnde Guiller9 pa
risiẽsis li. de vniuerso narrat d̃ quadã muliere que dũ
insistẽt pectinacioni atq; curiositate capillo7; alia que
dã mulier apparuit dicẽs: qd̃ maximũ cruciamentum
tollerabat quia huiusmodi curiositati dum viueret in
sisteret. Non igit̃ in talibus sed ĩ virtutib⁊ crescere de
bẽt: ut nomini ppetuo hereditari possint. Debẽt enĩ
esse sobrie caste & taciturne. Vnde Va. li. ii. ca. p̃mo
Narrat q; mulieribⁿ olim vsus vini ignot9 fuit: ne ĩ ali
ud dedec9 haberent̃. Vnde Ecc̃. xxvii. Mulier ebriosa
ira magna cõtumelia & turpitudo ei9 nõ teget̃. Núc
tñ illud Se. ep̃. xcix. verificat̃ dicẽtis. Mulieres non
minus viris potãt: q̃nimo oleo & mero viros puocant
suiq; sexus beneficiũ suis viciis pdiderũt: & q; femina
rũ est exuerũt moribusq; virilib⁊ ĩplicate sũt. Quãob
rem Va. li. ii. ca. i. dicit q; ab excessib⁊ cauere debent
quia uentrẽ plenũ seqt̃ voluptas. Ideo teste Hero. ep̃.
xxvii. Viri ãtiqt9 cauebãt ne vxores vinum biberent
Vnde Va. li. vi ca. iii. narrat q; Mecelli9 vxorẽ fuste
pcussam interemit: eo q; vinũ bibisset: nec tñ exinde
reprebẽsus fuit: quia iustũ omnes estimabãt illã debe
re violẽter mori que sobrietatẽ debitã violauerat Vñ
Augu. ix. cõfessionũ narrat quomodo decrepita que-
dam mulier suam filiã adhuc puellam regebat cũ ma-
ximo moderamine ut sobrietatis in posterꝫ sibi cõsue-
tudo maneret. & ibidem cũ mater sua q̃dã vice a mo
deramine solito recessisset: ei9 ãcilla eã redarguit: &
eam meri bibulã vocauit. Quo audito stimulo pcussa
suã fetiditatẽ respexit: & ĩde abstinuit. Aníaduertãt
igit̃ mulieres ut sobrietate floreãt: & pudicicią quæ

ipsis cōgruit ne polluant. Vnde Ecc̄. xxviii. Sicut sol oriēs ī mōtibo altissimis diei est p̄ncipiū Sic mulieris bone species ī ornamētis domus sue: quoniā gracia supra gracia mulier sancta & predotata est: ut ibidē dī. Attēdamus igiē quāto affectu ueteres castitatē amauerūt. Nā gradꝰ maximꝰ abusionis est femina sine pudicicia. Vnde sicut prudēcia custodit viꝛ ita pudicicia feminā. Narrat enī Va. li. vi. ca. i. de pluribo mulieribus que maluerūt p̄dere vitā q̄ pudiciciā. Vnde greca quedā femīa cū violēter a nautis ī naui fuisset accepta libidinis occasione: ipsa hoc vidēs ī mari se p̄iecit: & ideo apud grecos laudibo extolli meruit. Narrat insup de quodā qui filiā suā interfecit: eo q̄ Apiꝰ Claudiꝰ violenter ad stupꝛ ipsam inducere volebat. Malebat enī pudice filie esse ī terēptor q̄ corrupte pater. Vnde Ambro. de virginitate ca. iii. narrat de Pelagia que cū essꝫ apud Antio. etatis. xv. ānoꝛ & a predonibus circūseptā se videret matre absente suisq̄ sociabus in aquā se p̄iecit malēs mori q̄ violari. & licet non deceat p̄pter pudiciciā se interimere: nihilominꝰ laudādi sūt veteres in hoc q̄ pudiciciā tantū amauerūt Augu. enī tradit p̄mo de ci. dei ca. xvi. q̄ pudicicia ē virtus mētis que nō potest inuite auferri. Si igiē corpus violēter cōtaminat̄ nihilominꝰ pudicicia manet: dū mēs integra fuerit. p̄ pudicicia igiē predicte mulieres seipsas interficere nō debuerāt: nisi forte inspirate hoc fecerīt: vt tāgit Augu. vbi sup̄ ca. xvii. Vnd̄ sic ait. Femine que ī flumīe se precipitauerūt aut hoc fecerūt humanitus decepte: & sic errauerūt: aut diuinitus ispirate & sic obedierūt. Quicqd tñ sit ī hoc cōmēdabiles fuerūt qui pudiciciā dilexerūt. Animaduē tendū enim q̄nto zelo pagani pudiciciā seruauerunt. Narrat enī Solinꝰ li. vii. ca. xv. Q̄ in india est quedā regio: in qua nulla libido inuenit̄ atq̄ pecculanciā esse ignorant homines. Itaq̄ ibi nulla sūt coniugia: nulliq̄

hoīes ibi nascunt̄: & tñ plurimi homines ibi ɔmorant̄ nullus tamen ibi admictitur nisi castitatis uotum prosequitur: et castitatem si quis non seruauerit in predicta regione submouetur atq; perpetuo exilio datur. Insup Va. li. vi. ca. primo narrat de quodam qui filio suo dicebat ꝙ non solum virginitatem illibatam seruare debebat: sed eciam oscula sincera sine admixtione libidinis. Ceterum Iheron. contra Iouinianum recitat qualiter Diullius vxorem tante pudicicie duxit. Vt omnibus continentibus esset exemplum. Accidit igit̄ ꝙ vir suus quosdam cōfabulantes audiuit dicentes: ꝙ os fetidum haberet. Quo audito ad vxorem accessit: ipsam redarguens cur sibi hoc non intimasset. Que respondit: putabam omnium virorum ora sic olere. Ecce quanta pudicicia mulierum que nunq̄ alterius viri flatum sensit

Capitulum. xvi. de virginibus

Virginitas nomen honorabile est: status mundus vitaq; virginea: angelos imitatur. Vnd̄ virginitatis exemplum ab antiquis cepimus quoniam plures secundum carnem viuere in tātū contemserunt: ꝙ maluer̄t mori q̄ carni obedire Vnde in libello quodam qui intitulatur de virginibus legitur: ꝙ apud romanos virgines que secundum carnem viuere contempserūt maxime reputacionis apud eos extiterunt Vnde ibidem narratur de quibusdā filiabus quarum mater dicta fuit Sedasa que cum absente patre duos iuuenes pretereuntes iure hospitalitatis suscepisset. Ipsi quoque iuuenes honori filiarum non indulserunt: sed eis nocte violenciam intulerunt. Quamobrem dicte virgines mutuis mucronibus se cōciderunt. Narratur insuper ꝙ quedam thebana virgo erat: quam hostis macedo corruperat aliquantulū dissimulauit violencie sibi illate de solatorem. nihilominus suum violatorem manifestauit: & mox gladio seip

ſam interfecit: nolens perdita virginitate vitam ducere. Quid enim iſta deſignant niſi q̃ carni non eſt aſſenciendum: quinimo melius foret a preſenti vita migrare q̃ in deſideriis carnalibus vitã ducere. Ideo apoſtolus Ro. viii. dicebat. Qui in carne ſũt deo placere non poſſunt. Et Callatĕ. v. Spiritu ambulate & deſideria carnis non perficietis. Vnde Augu. Viuentes ĩ carne preter carnem ãgelos vocat. libro de ſancta virginitate dicens. Sicut familiam angelorum deus habet in celis: ſic eciam familiam virginũ voluit habere in terris. Illi enim angeli ſũt qui non ſecundum carnẽ viuũt. Et ideo Ibero. ad Euſtachium dicit. Statim ĩquit vt filius dei ingreſſus eſt ſup terram nouam ſibi familiam elegit: ut qui ab angelis adorabat̃: ĩ celo eciam haberet angelos ſcilicet virgines in terris. Quapter Augu. li. iiii. de doctrina criſtiana dicit q̃ virgines ſũt illuſtrior porcio regis criſti. Illi enim virgines dici poſſunt qui non ſecundum carnem viuũt: ſed carnem ſpiritui ſubiciunt. Vnde. ii. Corintĕ. x. In carne ambulantes non ſecundum carnem ambulemus. Quid enim prodeſt homini ſeu femine ſi voluptate ſua eam puritatem tollat: per quam imitarẽ̃ reginam celorũ: ſcilicet mariam. Laudabilis igit̃ eſt virginitas: ſed nc ſufficit ipſa niſi bonis operibus illuſtrẽ̃. Nam & ĩ euãgelio virgines quinq; fatue dicunt̃. & ideo ex ſua virginitate introitum ad ianuam celeſtem meruiſſe non credunt̃. Pulcrum eſt igit̃ ſi virgo ſis ſed multum pulcrius ſi cum virginitate operibus floreas ſacris: nunc oracionem nunc meditacionem ſedule exponendo. Nã teſte Ibero. ad Euſtachium virgo debet eſſe oracionibus ſacris: virtuoſiſq; laboribus occupata. Et idẽ Ibe. epĩ. lxvii. ad demetrium. Debet inquit virgo eſſe qui eta: honeſtaq; ſocietate comitata non vaga diſcurrens per patrias. exemplo Marie quam inuenit angelus in cubiculo. Sit eciam ſermo virginis prudens modeſtq

et rarus: non eloquencia sed pudore preditus sit: atq; humilis gestu: quia per humilitatē virgo Maria deo placuit. Nam secundum Ambro. lib°. de virginitate Virginitas supgredit humane nature cōdicionem: p quam homines angelis assimulant. Vnde Apo. prima Corinth. vii. Virgo inquit cogitat que domini sūt ut sit sancta corpore & spiritu. Ibero enim alloquens matrem de instructione filie ep̄. lxxxix. dicebat. Reddat tibi inquit quotidie pensum de scepturatis floridis & post assuescat oraciones & psalmos nocte cōsurgere, mane canere ymnos. Et sequitur: discat lanam facere tenere colum rotare filum & susum tenere. Nam virginitas in talibus conseruatur. Nam teste eodem ad Eustachium. Virginitas thesaurus est irrecuperabilis. Caue igit ne de te dicat deus. Virgo cecidit & nō est qui suscitet. Et cū omnia deus potest suscitare nō tamen virginem. Si ergo ad thesaurum recuperabilē custodiendum solliciti sūt homines: pocius de virginitate obseruāda solliciti esse debent. Non igit discurrant quoniam teste Grego. ome. xii. de predari desiderat qui thesaurum publice in via portat. Solitarie igitur maneat quoniam sicut Iob. xxiii. dicit. Per noctem adulter quasi fur obseruat caliginē. Nempe olī virgines sollicitam sue virginitatis custodiam habuerunt. Vnde Ambro. li. ii. de virginitate narrat de q̄dam virgine que fuit antiochie: cūi pulcritudo appetebatur. Vnde violēter ad lupanar īroducta fuit que cū ibi fuisset flebat & orabat dicens. Domine qui dedisti virginibus leones domare: da mihi ut mētes hominum domare possem: ne violetur exiguum tēplum tuum ne eciam paciaris incestum. Cum igit oracionē cōpleuisset. Ecce miles introiuit dicens. Ne timeas: quoniam supueni saluare animam tuam. Mutemus inquit uestimenta ut tua uestis me faciat uerum militē Vnde sic factum est ut virgo militis uestē accepit: &

sic euasit & miles loco eius cū veste muliebri ibi remā
sit. Cūq; igit̄ alius ingrediretur & loco puelle virum
iuenisset: alius nūciauit & loco virginis miles condem
natus est ad mortem. Quod cum audisset puella festi
nanter cucurrit ad locum supplicii que ꝑ ipso mori cō
tendebat et econuerso miles pro ea. Itaq; ambo cōten
debant: & martirii palmam susceperunt. Insup idem
Ambro li. iii. narrat qualiter beata Zottheris cum es
set pulcerrima gaudebat faciem suam martirio fedari
ne temptacionis occasio existeret. Ceterum de beata
Brigida legit̄ q̄ cum pater eius cuidam nobili vellet
eam desponsare. Ipsa orauit ut aliqua sibi difformitas
cōtingeret racione cuius coniugium vitaretur. Ipsaq;
orante vnus eius oculus crepuit. Quod videns pater
permisit eam velari & ad dei cultum deputari: & ocu
lus eius sanatus est. Insuper & de pluribus aliis simili
ter legimus que licet viros suos secum haberent nihil
ominus virginitatem obseruarunt. Vnde in libro qui
dicitur paradisus narratur d̄ Iuliana virgine q̄ ipsa vi
dens Origenem metuentem sedicionesꝰ paganorum &
fugiētem ꝑ biennium ipsum suscepit & celauit neces
sariaq; sibi ministrauit. Narrat insup Ibero. eē. xlv. d̄
quadā virgine que a beato martino uoluit videri cum
tamen ipsam ipse desideraret visitare tanq; moribꝰ &
caritate precessam. Vnde ipsa beata beato martino ꝑ
fenestriolam dixit. Ora ꝑ me quia nunq; a viro sū vi
sitata. Gracias itaq; egit sanctus Martinus eamq; bēdi
dixit. Narrat eciam idem Ibero. eē. lxxxix. qualiter
cuiusdam virginis paternus cepit habitum virginis:
ut virginis mentem permutare posset. Volebat enim
q̄ nuberet: sed ei nocte apparuit angelus inferens mi
nas dicens. Quomodo ausus es viri imperium pre
ferre cristo. Nam virgines cristi sponse sūt: & secunē
agnum quocūq; ierit. Sup quo Augu. de bono virgi
nali. Gaudia inquit virginum sunt de cristo in cristo

De virginibus

cum cristo p cristum post cristum. Et idem Augusti.
epī. c. xxviii. Beaci9 est inquit in carne imitari vitam
angelorum q̄ ex carne augere numerum mortalium.
Nam vberius est mente grandescere q̄ ventre graue
scere: oracioni busq̄ celum parturire q̄ in visceribo ue
tum nutrire. Vnde Grego. li. iiii. dialogorum de vir
ginibo nārat q̄liter deo placuerūt. Nam de Tharsilla
narrat qualiter duas sorores habebat que cum visita
rent ipsam ait. Recedite quia meus sponsus sez Ihesus
uenit. Ibidem eciam narrat de quadā puella dicta mu
sa: cui beata virgo cum puero apparuit querens ab ea
an sibi seruire uellet. Que respondit q̄ sic. Tunc bea
ta virgo respondit & precepit sibi: ut omnino pu
eriles mores pretermitteret: que sic fecit: & ad tantā
maturitatem deuoluta est: ut virginum exemplar effi
ceretur. Ex his igitē patet quantis laudibus antiquit9
virginitas floruit. Nam Deutro. xxi. precipitē virgo
corrupta lapidari nisi pro violencia clamasset. Insuper
apud saxones lex olim fuit ut virgo sponte deflorata
viua sepeliretur: & violator sup eam suspēdi debebat
Itē apud barbaros lex fuit ut virgo fornicaria seu spō
te grauidata de monte altissimo precipitaretur eiusq̄
violator capite priuaretur. Insup in prologo historie
romanorum legitur de quadam que cum filios genu
isset secundum legem viua fuit sepulta. Ex quibo om
nibus satis patet quanto studio virgines se custodire
debeant. Nunc tamen blandimentis nunc muneribus
seducunt. Vnde Ambro. li. primo de virginitate nar
rat de quadam virgine pitagorea que tante fuit con
stancie ut in tormentis non posset vinci. Vnde cum in
terrogaretur a quodam tiranno de quodam secreto re
uelando linguam suam morsu abscidit: ut respondēdi
causam non haberet. Ipsa tamen que vinci non potuit
tormentis postmodum fuit victa muneribus que pri9
preualebat animo postmodū erubuit tumescēte vtero

De viduis

Capitulum xvii. de viduis

Vidualis status simplex & modestus existere debet & virum bonum si habuerit caueat ne mutet fortunam: si primo consimilem inuenire timeat plurimas autem opposite conditionis viduas conspicimus: quia & si virum pessimum habuerint: mox post mortem ad alium currunt. Si uero bonum habuerint illius facillime obliuiscunt & alium habere studiossime sollicitantur. Veterum enim exemplum vtinam animaduerterent. Vnde Ibe. li. ii. cõtra Iouinianum narrat de marchia Cathonis filia que cum lugeret virum matrone ab ea petiuerunt quis dies esset in quo luctum suum terminare deberet. Ipsa respondit q̃ dies sue mortis esset dies in quo luctum suum terminare deberet. De alio igit̃ viro non cogitat. Ibidem eciam narrat de quadam alia vidua: quam cũ vicinus moneret ut alteri nuberet dicens: q̃ sua etas nubere deberet: ipsa respondit nequaquam hoc faciaz quia si bonum virum inuenero: tunc habeo timere ne perdam. Si uero malum quid necesse est post bonum pessimum sustinere. Narrat insuper de Marcella que rogata a matre ut nuberet. Respondit se nupsisse ita valide ut amplius nollet. Narrat eciam de Valeria q̃ cum interrogaretur an uellet nubere. Respondit licz vir meus mortuus sit vobis mihi tamen semper viuit. Attendant enim vidue quoniam Anna fuit vidua ab adolescencia sua: & non recedebat de templo nec diebus nec noctibus. Nunquid eciam vidua Sarreptana: pro salute filiorum famem tollerauit: nec virum quesiuit ut patet. iii. Regum. xvii. Nunquid celebris vidua fuit Iudith. His igitur attentis dicit. Ibero. vbi supra loquendo vidue. Quid angustiarum habeãt nuptie didicisti: & quasi cum canibus vsq̃ ad nauseam saturata es. Quid igitur vis rursum ingredi quod noxium est. Nam bruta seu aues in eadem recia nõ ĩcidũt

A6

De viduis

Quid igitur petis. Imitare pocius sanctam matrẽ Ihe
su cristi. Vidua enĩ que non scit continere vel nõ vult
maritum pocius accipiat q̃ dyabolum. Itaq; Ihero. de
testatur secunda coniugia nisi magna iuuentus fuerit
Et ideo Apostolus prima Thimo. v. Volo inquit ado
lescentulas & iuniores nubere. Ceterum Ihero. epi.
xcvi. narrat de quodam viro qui sepelierat vigĩti vxo
res: et postea accepit mulierem in vxorem que habuit
duos maritos. Cumq; igit̃ fuissent matrimonio copu
lati totus romanus populus instanter astabat videre:
quis eorum vinceret: maritus tamen vicit: & tocius
vrbis populo confluente coronatus est: & palmum in
manibus tenebat clamans. O mea vxor nube nunc fe
retro. Et ideo Ihero. alloquendo viduam dicit. Obse-
cro tibi sufficiat quod perdidisti primum virginita-
tis gradum: & per tercium scilicet coniugium venisti
ad secundum scilicet viduitatem. Vnde licet coniugi
um precedat viduitatem tempore: non tamen castita
te. Insup Ihero ep̃. xcv. Caueas ne iuxta te ambulet
procurator uel histrio nec iuuenis nitidus: sed habeto
tecum virginum & viduarum choros: tuiq; sexus sola
cia quere: & sit in manibus tuis diuina lectio & ĩ ore
deuota oracio vt adolescencie cogitaciones huiusmodi
clipeo repellantur. Vnde Apo. prima Thimo. v. Ar-
dentes inquit dyaboli sagitte ieiuniorum & viduarũ
frigore restringende sũt. Ceterũ animaduertam9 nã
racionẽ Ambro. in suo examerõ ome. l. qui narrat de
turtere q̃ si ꝑdiderit cõparẽ iterare cõiunccionẽ recu
sat. Discite inquit igit̃ ab auibꝰ mulieres q̃nte sit dig
nitatis grad9 viduitatis que eciam in auibꝰ predicat̃
Meli9 tñ est nubere q̃ vri. id est fornicari. Ideo Ihero
ep̃. xcv. Tolle quod peius est & suscipe quod ꝑ se bo-
num nõ est scilicet nubere: & loquit̃ vidue
Zophilogium editum a fratre Iacobo magni de Pari
sius: ordinis heremitarꝝ sancti Augu. finit foeliciter.

Biblioteka Uniwersytecka w Szczecinie
Biblioteka Główna Uniwersytetu Szczecińskiego
Biblioteka Główna Uniwersytetu Szczecińskiego
BIBLIOTEKA PAŃSTWOWA W SZCZECINIE
S. III 129

178 ~~N37~~

Biblioteka
Muzeum Pomorza Zachodniego
w Szczecinie
Nr 1219